Alienare regalia ex certa ſcientia. Melch. Palaez. in tractatu maiora. 4. P. nu. 56. f. 457. T. 10. P. 1.

Allegari ſuſpectus in cognitione de cauſa ſuorum vaſſallorum. Fran. Sonsbe. ad vſus feudorum. Par. 14. nume. 28. fol. 161. Tom. 10. Par. ſecunda.

Conferre beneficia iure communi. Reſtau. Caſtal. de Imperato. quæſt. 99. nu. 8. fol. 72. T. 16.

Contrauenire contractui. Pet. Faller. de contract. cenſua. ver. nunquid. nu. 8. f. 155. T. 6. P. 2.

Diuidere Regnum. Hier. de Mon. de finibus regund. ca. 11. nu. 10. fol. 335. Tom. 3. Par. 2.

Errare. Arnulph. Ruze. de iure regal. priuil. 36. numero 5. fol. 378. Tom. duodecimo.

Excommunicari pro iuriſdictione ſua defendenda ex priuilegio Papæ. Arnulph. Ruze. de inre regal. priuil. 26. num. 11. fol. 374. Tom. duodecimo.

Item neque eius officiarij ibid.

Interponere ſuas vices iure regaliæ tempore reuolutionis. Philip. Prob. de iure regal. quæſtio. 14. numero 9. folio 394. Tom. duodecimo.

Subijcere Regnum ſeruituti Marti. de Carat. Lauden. quæſt. 56. vbi remiſſiue fol. 205 Tom. 16. & Ant. Corſet. de poteſt reg. 5. & vlt. P. nu. 61. q. 71. f. 144. T. 16.

Vẽdere rem ſin ſubditi, niſi ob publicam authorit. Hier. de Mon. de finibus regund. c. 96. nu. 10. f. 356. T. 3. P. 2.

Vendere

Source : BIU Cujas

Vendere vnam & ciuitatibus inuitis. Ant. Corset. de potest. reg. P.1.nu.16.fol.131.T.16.
Nunquam moritur,sed semper viuere censetur.Arnulph.Ruze.de iure regal.priuil.36.nu.2.f.378.T.12.

Rex qualiter circa diuersa consideretur, & eius effectus.

*REX obligatur ex contractu.Petr.Foller.de contract. censua.versi. nunquid nu.6.f.155.T.6.P.2.
*REX Ozias. quare Lepra percussus fuerit, & eiectus de domo domini. Conr.Bru.de seditio. nu.12.c.13.f.139.T.11.P.1.
*REX Pannonicę habuit Zaram effectam rebellem Venetis tempore Andreæ Dandoli ducis quinquagesimi sexti Venetæ vrbis.iulius Ferret.de re nauali lib.12.nu.85.f.349.T.12.
Peccata sua cui debeat confiteri.Ant.Cors.de potest.reg.q.17.3.P. nu.61.f.137.Tom.16.
Personaliter non debet purgare, sed tantum prælijs interesse. Paris de Puteo de re milit.versicu. duo Reges numero sexto, folio 408.Tom.16.

De Rege Philippo Caroli. V.filio, & illius attributis.

*REX Philippus Hispaniæ alit innumeros armigeros, & sui corporis custodes.Ioan.Redin.de maiest.Princip.versic. maiest.nu.40. fol.148.Tom.16.
Laudatur iure optimo.Io.Redin.de maiest.Princip.versi.hoc.nu. 80.fol.147.Tom.16.
Inuictissimus a Carolo Magno originem ducit.Io.Garsias. Hisp. de expen.& melioratio.c.12.nu.12.f.300.T.17.
Potest alienare tertias, quas habet in priuilegio. Ioann. Garsias. Hisp. de expen. & melioratio. capitul. 9. numero 98. folio 289. Tom.decimoseptimo.
Potest ponere milites præsidianos in castro alicuius nobilis. eo. inuito.Ioan.Garsia.Hisp.de expen.& melioratio.cap. 21. nu.31. fol.330.Tom 17.
*REX Philippus.Macedonũ quid egerit Thermopilis occupatis.Paris a Puteo,de re milit.versicul.nobilis.nume. 8.folio 294.Tom. decimosexto.

Rex quid possit, siue quam authoritatem habeat.

*REX potest alienare bona Regni propter necessitatem.Melch.Palaez in tracta.maiora.limitat.5.nu.2.f.262.T.10.P.1.
Cogere subditos ad sibi præstandum seruitia si aliquod castellũ de Regno inuadatur. Iac.de Ayello.de iure Adohæ,versi. Rex. num.40.fol.171.Tom.12.
Cognoscere possessoriũ in beneficialibus.Quint.Mando.de monitorijs.q.13.nu.3.f.61.T.3.P.2.
Condere legem in territorio suo.Mart.de Carat.Lauden. de princip.q.139.f 206.T.16.
Conferre beneficium resignatum iure regaliæ admissa resignatione.Philip.Prob.de iure regal.quæstio.34.numero 6.folio 399. Tom.duodecimo.
Constituere filium suum in Regem quò ad nomen.Ant.Cors.de potest.reg.5.& vlt.P.nu.41.f.143.T.16.
Determinare in vita sua quis sit Rex an primus genitus, an secundus genitus.Mart.de Carat.Lauden. de Princip. quæst. 418.fol. 210.Tom.16.
Donare de rebus Regni moderatè. Guliel. Redoa. de spolio ecclesiastico quæstio.3.§. verum.numero decimosexto, folio 224. Tom.decimoquarto.
Donare de rebus Regni moderatè, quamuis iurauerit nõ alienare.Guliel.Redoa.de reb.eccle.non alie. quæstio. 3.nume.16.fol. 470.Tom.15.Par.2.
Donare filijs suis, etiam non emancipatis propter authoritatem regiam. Mart.de Carrat.Lauden.de princip.q.429. vbi remissiuè fol.210.Tom.16.
Eligere tyrones,& milites ad hoc idoneos ex ciuitatibus, vt accepto stipendio de suo ærario militent pro seruitio Regis. Iac.de Ayello de iure Adohæ.nu.43.f.171.T.12.
Esse cum Regno.& sine.Ludo.Montal. de reprobat.sententiæ Pilati art.4.nu.1.f.16.T.14.
Facere leges, & habet ius gabellæ exigendæ, & Imperatori assimilatur.Ant.Corset.de potest.reg.4.Par.numero 12.quæstio.41. fol.138.Tom.16.
Impedire ne electus criminosus, aut incapax in suo Regno prælaturam impetret.Ioan.de Selua de benef.quæst. 23.P. 2. nu.64. fol.50.Tom.15.Par.2.
Item Princeps.
Imponere nouum vectigal in suo Regno sine concessione Principis. Mart. Lauden.de fisco.quæstio. 68. vbi remissiuè folio 3. Tom.duodecimo.
Iura primæ genituræ diuidere.Io. de Royas Sergent. in epithom. successio.c.5.nu.34.f.397.T.8.P.1.
Item maioratus ibidem.
Mouere iustum bellum propter fines turbatos. Hiero. de Mon. de finibus regund.capitu.74.numero quinto,fol.351.Tom.tertio,Par.secunda.
Permittere de plenitudine potestatis,vt fiat alienatio feudi ex pacto, & prouidentia etiam in præiuditium agnatorum. incertus author.de feudo ex pacto,& prouid.antiquo tit.2.nume.57.fol. 122.Tom.10.Par.1.
Item ex certa scientia ibidem.
Plus in suo Regno, quàm lex communis, vel consuetudo, & lex animata dicitur.Albert.Bru.Asten.de stat.art.13.nu.17. fol.239. Tom.2.& Ant.Corset.de potestate reg.4.Par.nume.4. quæst.41. fol.138.Tom.16.
Remunerandi causa aliquem seruitiorum præstitorum ex certa scientia facere vt possit alienari feudum antiquum ex pacto, & prouid.in præiuditium Agnatorum,siue descendentium,incertus author de feudo ex pacto,& prouid.antiquo versi. vidimus. tit.2.nu.58.f.122.T.10.P.1.
Roborare scripturam suam sigillo.Ant.Corset.de potest.reg.4.P. q.41.nu.11.fol.138.Tom.16.
Tollere exceptionem peremptoriam non recognoscens. superiorem de facto.M.Ant.Cucchus de moratoria præscript.numero 223.fol.206.Tom.17.
Idem de Rege Angliæ ibid.nu.224.
Idem de quacumque ciuitate non recognoscente superiorem. ibid.nume.225.
Idem in ciuitate Florentiæ ibid. nu.226.
Idem in ciuitate Venetiarum.ibid.nu.227.
Idem in ciuitate Franciæ.ibidem.nu.228.
Idem in ciuitate Lucæ.ibid.nu.229.
Idem in Duce Mediolani ibid.nu.230.
Vti iure retentionis feudalis.Aegid.Mag.decis.de feud. cap.5.nu. 4.fol.436.Tom.13.Par.2.

Rex qualiter circa diuersa consideretur, & quid operetur.

*REX primus qui fuerit.Io.le Cirier.de primogenitura q. 12. 2.lib. nu.8.f.56.T.10.P.1.
Et a quo electus ibid.
Procedit a Deo.Pet.Folleri.de contract.censua.versic. Alphonsus. nu.8.fol.118.Tom.6.Par.2.
Puer etiam esse potest cum successione deferratur. Regnum. Restaur.Castal.de Imperato.q.73.nu.38.f.63.T.16.
Habendus non est.Restaur.Castal.de Imperator.quæst.73.num. 13.fol.62.Tom.16.
Pugnans cum alio,an possit ei Coronam auferre.Paris a Puteo, de re militari.versi.Araldus.nu.1.f.426.T.16.
Quæ beneficia possit conferre iure regaliæ.Philip.Prob.de iure regal.q.9.nu.1.f.392.Tom.12.
Quæ specialiter reseruatur. Ioan. Monta. de parlamentis. §. hoc reassumpto.nu.4.f.373.col.4.T.16.
Qualem honorẽ episcopo præbere debeat.Ant. Corset. de potest. reg.4.P.q.41.nu.22.f.139.T.16.
Quam potestatem iudicãdi habeat,& super quos clericos Stephanus Auffrerius de potestate seculari super eccles.perso. 1. regula nu.3.fol.287.Tom.16.
Item eius officiarij ibidem.
Qualiter sit Dominus Regni. Melch. Palaez. in tractat.maiora.4. P.nu.54.f.457.T.10.P.1.

Rex adiunctus sui, aduerbio, quando quid circa diuersa operetur.

*REX quando aufert de plenitudine potestatis ius alteri, intelligitur hoc facere precio restituto. incertus author de feudo ex pacto,& prouid.antiquo,titu.2.versicu.vidimus.nume.61.fol.122. Tom.10 Par.1.
Compelli potest,vt electum acceptet. Io. Montaig. de parlamentos nu.21.fol.276.Tom.16.
Est extra territorium suum,habet iurisdictionem habitu,sed non actu.Mart. de Carrat.Lauden.de princip.quæst.212. vbi remissiuè fol.207.Tom. 16.
Item Dux ibid.
Item Marchio.ibid.
Est quæstio inter duos de iure patronatus contendentes, præsentat,prout,& ratione Gardiæ minorum nobilium,quam in Normania habet.Philip.Prob.de iure.regal.q.30. nume.5.f.498.sed vult dicere f.399. T.12.

Rex qualiter miscellaneè consideretur,& eius effectus.

*REX quare sic nominetur.Ant.Corset.de potest.reg.2.Par. nu.19. fol.133.Tom.16.
Qui dicatur.Bonus de Curtili de nobilitate.3.Par. nume. 212. fol. 111.Tom.16.
Item Marchio ibid.
Item Dux ibid.
Item Comes ibid.
Qui potest nominare in Episcopum eligendum, quare non vnum sed ad minus tres electiuè ad episcopatum nominare debet & nominatio talis impedit electionem de alio fiendam. Ioan. de Selua de benef. quæstio.23.Par.2.numero 53. folio 50. Tom.15. Par. prima.
Quibus ecclesijs remiserit ius regalię Aegidius Mag. decis. de regal.c.3.nu.2.f.438.T.13.P.2.

Quilibet

Source : BIU Cujas

Index Tractatuum.

Quilibet deberet iurare, cùm ſedem accipit non fauere Hæbreis ſecundum concilium Tolet. in Reſtaur. Caſtal. de Imperat. q. 36.nu.13.fol.45.Tom.16.

Item Imperator ibid.

Quilibet in Regno ſuo debet eſſe pacificus, tamquã hæres Chriſti. Lodoy. Montal. de reprobat. ſenten. Pilat. articu. 4. numero 4. fol. 16. Tom. 14.

Quis dicatur. Angel. de Peruſio de ſindicatu verſicu. Rex. nume. 3. fol. 229. Tom. 7.

Item tyrannus ibid.

Quis eſſe debeat, vbi in duobus natis naſcendi ordo ignoratur. Ant. Corſet. de poteſt reg. 4. Par. numero 27. folio 139. Tomo decimoſexto.

Quis ſit ex duobus in pari gradu exiſtentibus. Reſtaur. Caſtal. de Imperat. q. 70. nu. 7. f. 61. T. 16.

Quòd recipiat fructus, non habet locum in multis caſibus. Arnulphus Ruze. de iure regal. priuil. 30. numero ſexto, fol. 366. Tom. duodecimo.

Quòd repreſentare poſſit perſonam Ducis comittis, pariter, & Marchionis in loco, & ſi quando magis vnam, quàm aliam perſonam repreſentare intelligatur. Pet. And. Gamb. de auth. leg. de late. lib ſecundo, numero 67. folio 157. Tom. decimotertio, Par. ſecunda.

Quo minus iure regaliæ pro libito voluntatis vtatur, conſtitutiones eccleſiaſticæ, eccleſiarumque ſtatuta, non reffraganiur Arnulph Ruze. de iure regal. priuil. 31. numero primo, folio 376. Tom. duodecimo.

Quomodo ordinationes ſtatuat Io. Montaig. de parlament. verſi. adde. nu. 4. fol 274. T. 16.

Recipit fructus prælaturæ, niſi ſint iam collecti, & leuati, & in horreum recollecti. Arnulph. Ruze. de iure regal. priuil. 30. nu. 5. fol. 376. Tom. 12.

Iuramentum fidelitatis per ſuos Ambaſciatores in curia Romana exiſtentes, a prælatis in ea curiæ præmiſis. Arnulph. Ruze. de iure regal. priuil. trigeſimoſeptimo, numero primo, fol. 378. Tom. duodecimo.

Recognoſcens ſuperiorem, an poſſit facere quòd capitula in quibus teſtes verum dixerunt, non vitientur propter vnam falſitatem. Ioann. Crot. de teſti. Par. nona, nume. vigeſimoquarto, fol. 229. Tom. 4.

Et quid in Papa? ibidem.

Romanorum quale iuramentũ. Pontifici exhibeat per ſe, & quale Nuntio Apoſtolico Albert. Bru. de ſeditio c. 5. num. 13. & 14. fol. 102. Tom. 11. Par. 1.

Vocatur ante coronationem, ſed poſt coronationem vocatur Imperator Mart. de carrat. Lauden. de Princip. quæſt. 39. colum. 2. fol. 205. Tom. 16.

Sacrificulus quis. Marc. Ant. Marſilius de eccleſiaſticis redditibus. ſecunda, Par. capitu. 10. numero decimoquinto, fol. 345. Tom. 15. Par. ſecunda.

Sanctus a parente exhæredatus &c. valere exhæredationem pro parte. Ioan. Garſias. Hiſp. de expen. & melioratio c. 16. nu. 22. fol. 314. Tom. 17.

Sapiens eſt ſtabilimentum populi. Ang. de Peruſio. de ſindicatu. verſi Rex. nu. 15. f. 229. T. 7.

Scotiæ dicitur Regulus. Ant. Corſet. de poteſt. reg. 3. Par. quæſt. 17. nu. 23. fol. 135. Tom. 16.

Rex conditionaliter conſideratus quid circa diuerſa operetur.

*REX ſi adſit in concilio vbi ſedere debeat, & in qualibus ſedibus. Card. Iacobat. de concilio. lib. 1. art. 7. nume. 7. fol. 209. Tom. 13. Par. prima.

Item Imperator, ibidem.

Si conceſſit feudum nullo determinato ſeruitio, an poſſit poſtea imponere. Iac. de Ayello de iure Adohæ. numero 51. folio 171. Tom. duodecimo.

Si contingat eſſe eum in concilio, quibus veſtibus indutus eſſe debeat. Card. Iacobat. de concil. lib. 1. articu. 1. nume. 89. fol. 196. Tom. 13. Par. 2.

Item Imperator ibidem.

Si diutius teneret epiſcopum in ſuſpenſo perſonaliter exiſtentem & non vellet eum recipere adomagium, haberetur pro recepto. Arnulph. Ruze. de iure regal. priuil. 43. numero 10. fol. 397. ſed vult dicere fol. 391. T. 12.

Si donet bona maioratus cõfiſcata, dicitur nouus maioratus Melch. Palaez. in tract. maiorat. quæſtio, quinta, numero 7. fol. 441. Tom. 10. Par. 1.

Si eſt infans, cui iuramentum fidelitatis debet fieri. Arnulph. Ruze. de iure regal. priuil. 36. nu. 3. f. 378. T. 12.

Si expellitur de Dominio ſuæ ciuitatis durant tamen ſtatuta, & decreta ſua, ſecus. in tyrãno expulſo. Mart. de Carat. de Princip. quæſt. 64. vbi remiſſiuè f. 205. col. 4. T. 16.

Item Baro ibid.

Si faciat citare ſuum bonorum, vt oſtendat titulum ſuæ Baroniæ, & ſuorum caſtrorum aliàs ei aufferet, non valet talis citatio. Mart. de Carat. cohæredem de princip. q. 247. vbi remiſſiue folio 209. col. 3. Tom. 16.

Item Dux ibid.

Si facit indulgentiam de omnibus de prędationibus, & damnis datis, non extenditur contra forenſes, non ſubditos iuriſdictioni Regis, Paris de Puteo, de reaſſumptione inſtrument. Rub. 8. num. 4. fol. 38. Tomo 4.

Si egrediatur monaſterium, non tranſit dignitas, vel adminiſtratio ad monaſterium. Mort. de Carrat. de princip. q. 91. vbi remiſſiuè fol. 206. Tomo 16.

Item Imperator. ibidem.

Si interſit concilio non debet miſceri inter Prælatos vel Cardinales. Card. Iacobat. de concil. lib. 1. art. 2. num. 5. fol. 209. Tom. 13. Par. prima.

Item Imperator. ibidem.

Si moritur, & ſepelitur ĩ aliqua eccleſia ſui Regni, & aliqua obueniant illi eccleſiæ pro ſepultura, quid fiet de oblatis, vel legatis per Regem illi eccleſiæ, in qua elegit ſepulturam. Petr. de Vbal. de canon. epiſcop. & paroch. cap. 7. numero 3. fol. 230. Tom. 15. Par. ſecunda.

Si prodigaliter viuat, cuncta bona dilapidando, non eſt ſibi parẽdum, ſi vellet taleas facere. Iac. de Ayello de iure Adohæ. num. 49. folio 171. Tomo 12.

Si propter multas incurſiones hoſtium, quibus non valeat reſiſtere, redimit ſe pecunia, an de hoc poſſit imponere tributum, ſiue collectam inter incolas regni. Iaco. de Ayello de iure Adohæ. num. 45. fol. 171. Tomo 12.

Si reuocat omnes facultates conuerſas a tali tempore ad faciendũ maioratũ, non extenditur reuocatio ad maiorias iam factas, & quorum dominium eſt translatum in donatarios. Melch. Palaez in tract. maiora. quæſtione 40. Par. prima. numero 9. folio 385. Tomo 10. Par. 1.

Si ſtatuit quòd homicidiæ omnes ſint in banno, tale ſtatutum locum non habebit in ipſo Rege homicida. Rolan. a Valle de dote quæſtione 84. num. 3. fol. 383. T. 9.

Rege Sciciliæ, & eius authoritate.

*RES Sciciliæ in quibus caſibus poſſit imponere collectam in re Regno. Iacob. de Ayello. de iure Adohæ. numero 7. folio 170. Tomo 12.

Legitimare an poſſit. Ludoui. de Sardis de nat. li. ac ſucceſſio. eorum. titu. de legitimat. numero decimonono. folio 38. Tomo 8. Par. ſecuuda.

Non poteſt imponere nouam collectam populus in ſuo Regno. Iacob. de Ayello de iure Adohæ. nu. 1. fol. 170. T. 12.

Vngitur. Pet. Calephat. de equeſtra dignita. & Princip. nume. 103. fol. 31. Tomo 18.

Item coronatur. ibidem.

Rex circa diuerſa conſideratus quid operetur.

REX ſine virtute non dicitur Rex. Ioan. de Ligna. de amicitia verſi. dictum. nu. 4. fol. 236. Tomo 12.

Solus in Regno Franciæ cognoſcit de crimine læſæ maieſt. Hiero. Gigans de crimine læſæ maieſt. verſi. vidimus. nume. 2. folio 49. Tomo 11. Par. 1.

Eſt iudex, & non alius in Regno Ieruſalem. Pet. de Bellapert. de feud. titu. 15. num. 16. T. 10. P. 2.

Item eius officium. ibidem.

Habet rerum Imperium Inter ſui Regni Proceres, ac magiſtratus, quod in cũctos habet eccleſia cum regalibus alijs, actiones omnes, & quorumcumq; denunciationes. Io. Quint. Hæduens. de ariſtocrat, Chriſtianę ciuit. numero 3. folio 91. colum. 3. in fin. Tomo 16.

Poteſt intromittere ſe in regalia, & nullus inferior. Arnulph. Ruze. de iure regal. priuileg. 5. numero decimo. folio 364. Tomo 12.

Quem gladium exerceat. Ioã. Quint. Heduus, de Ariſtocra. Chriſtianæ ciuitat. numero 3. colum. 3. circa fin. folio nonageſimoprimo. Tomo 16.

Succedens in Regno tenetur ſtare infeudationi præceſſoris ſui. Ioã. Berta. de epiſcopis. 4. Par. numero 184. folio 346. Tomo decimotertio. Par. 2.

Summus dicitur Chriſtus Ieſus. Ioan. a Capiſtrano de auth. Papæ. 2. Par. princ. nu. 87. fol. 43. Tomo 13. P. 1.

Item ſummus iacerdos. ibidem.

Tenetur conſtituere de ſuo ſalarium capitaneis Stertarum. Iacob de Ayello. de iure. Adohæ. nu. 4. fol. 170. T. 12.

Præſtare iuramentum in ſua coronatione. Iac. de Selua, de iure iurando. 2. P. nu. 7. fol. 349. T. 4.

*REX Theodoſius contra hæreticos, quam legem promulgauerit. Franc. Arias de bello, & eius iuſt. nu. 91. f. 328. T. 16.

Rex miſcellancè ſumptus qualiter conſideretur, & eius effectus.

*REX transferens omne ſuum territorium, nunquam videtur conceſſiſſe ius regnum Arnulph. Buze. de iure regal. priuil. 16. num. 9. fol. 370. Tomo 12.

Tranſmittit iuriſdictiones ad poſteros. Ant. Corſet. de poteſt. reg. 5. & vlti. P. quæſt. 21. nu. 5. fol. 140. T. 16.

Tyrannus nunquid impunè per ſubditos eijci poſſit. Anto. Corſet. de poteſt. reg. quæſt. 1. nu. 11. fol. 131. T. 16.

Vaſſallus Imperatoris, vel Papæ, qui ſine licentia domini ſui ſuperioris, a quo habet feudum, infeudauit caſtrum, vel vnam ciuitatem de feudo ſuo, conciliario ſuo, vel alteri, non dicitur cecidiſſe a feudo, quia licèt hodie vaſſallus non poſſit alienare

Source : BIU Cujas

c.1.de prohi.nõ feu.alie.per Fede.tamen vaſſallus poteſt in feudum dare his concurrentibus, quæ ponit gloſa in §.præterea c. 1.de capitulis Cerradi &c.Mart.Lauden.de confœderatio, pace, & conuentio. Princip. quæſtione 6.vbi remiſſiuè. folio 302. Tomo 16.
Item Dux ibidem.
Item alius Princeps.ibidem.
Vbi dicatur habere domicilium. Anto. Corſet.de poteſta. reg.3. Par.q.17.num.64.fol.137.T.16.
Vendens functus Regni quid videatur vendidiſſe. Anto. Corſet. de poteſta.reg.q.71.nu.80.fol.145.T.16.
Videtur tacitè retinere ſibi ius regaliæ erigendo vel fundando eccleſiam. Arnulph. Ruze.de iure regal. numero 57. folio 358. Tomo 12.
Vnam ciuitatem donauit libertati,vt eſſet immediatè ſibi ſubdita, & non alij domino, & in ſignum huius priuilegij libertatis vult Rex, vel Imperator, quòd ciuitas det ſibi centum omni anno, certè ſi ceſſauerit ciuitas per triennium, non cadit a iure ſuo, ſecus ſi cenſus datur in ſignum dominij. Martin. Lauden. de priuileg.quæſtione 46.vbi remiſſiuè . folio 2. columna 4. in fin. Tomo 15.
Vnctus perſona eccleſiaſtica dicitur, non laica. Philipp. Prob. de iure regal.quæſtione quinquageſimaquinta. numero 7.folio 413.ſed vult dicere.fol.406.Tomo 12.
Vnde dicatur Michael Vlcur.de Regimine mundi, verſi.ſed poſtquàm.nu.18.fol.122.Tomo 16.
*REX Vngariæ an poſſit conferre beneficium ex compoſitione in eccleſiarum fundatione facta. Ioan.de Selua. de benef.Par.2.q. 23.nu.39.fol.49.Tomo 15.P.1.
Conferre in ſuo Regno.Ioan.de Selua de benef.q.23.P.2.nu.39. folio 49.Tomo 15.P.1.
Conferre vigore præſcriptionis.idem ibidem.

Rex qualiter circa diuerſa conſideretur.

*REX vngitur.Pet.Folleri.de contract.cenſua.ver.Alphon. num.13. fol.119.Tomo 6.P.2.
Vnus in Republica,erit,item vnus Princeps.Ioann.de Royas. Sergent.in Epitho. ſucceſſio. capit.5. numero 23.folio 397.Tomo 8.Par.prima.
Vnus vix. vni mulieri ſufficit,vxores plures habere non licèt.Ioan. Franc.Paui.de viſitatio.quæſtione 7.2. Par. numero 81.fol.205. Tomo 14.
Vt iure regaliæ non poſſit conferre, duarum repletionum requiritur concurſus.Philipp.Prob.de iure regal.quæſtione 27.numero 4.folio 397.Tomo 12.
Vxorem ſuam quomodo vocare debeat. Anto. Corſet.de poteſta. reg.3.Par.q.17.nu.54.fol.137.T.16.
Et quid de militibus? ibidem.
*RHODI ciuitatis milites ſunt in dignitate conſtituti.Boni.de Cur. de nobilita.3.P.nu.151.fol 9.T.16.
*RHODIA lex de iactu declaratur.Benuenut.Strac.de aſſecur.glo. 19.nu.1.fol.375.T.6.P.1.
*RHODIANI licèt pro fide ſeruanda militent, non tamen id fieri debet in præiudicium tertij . Aegid.Thomat.de Collect.verſic. ſi quiſpiam.num.5.fol.131.T.12.
Si patrimonia retinent, non debent immunitate collectarũ gaudere. Aegid. Thomat. de Collect. verſicu.ſi quiſpiam.num. 4.fol.131.Tom.12.
*RHODIAE leges quorum cauſa fuerint conſtitutæ.Cõſtant. Rog. de iur.interpretat.verſ.venio.numero decimoſecundo. fol.386. Tomo primo.
*RIBALDARIA patroni nauis an includatur inter caſus fortunæ. Pet.Santer.de aſſecur.& ſpon. merca.tertia Par.numero 68.fol. 352.Tomo 6.P.1.
*RICHARDVS de Malumbris fuit damnatus de hæreſi. Andr. Barbat.de præſtant. Cardin.quæſtione 9.Baſil.1.P.nu.4. folio 82.Tomo 13.P.2.
Malumbra quis fuerit. Valent. Forſte.de Hiſto.iur.ciuil. Roma. columna tertia.circa Princip folio 55.Tom.primo.& Ioan.Fich. de Vit. recentior. iuriſconſul .columna 2.circa med.folio 157. Tomo primo.
*RICHARDVS Salycetus Bononienſis Doctor fuit, vt ferunt, magnus textualis,quo tempore floruerit. M. Anton. iuriſconſult. de Viris Illuſtribus numero 220. columna prima folio 167. Tomo prima.

Rigor qualiter circa diuerſa conſideretur,& eius effectus.

*RIGOR diſciplinæ regat manſuetudinem in iudicibus, & maſuetudo ornet ſermone rigorem . Ioan. Rodin.de Maieſt. Princip. verſ.principem.nu.10.fol.170.T.16.
Iuriſciuilis non attenditur.Pariſ.de Put.de reaſſumpt. inſtrumen. Rub.13.nu.26.fol.39.T.4.
Diuini relaxatur.Petr.Foller.de contract.cenſuar. ver. ius.nu.40. fol.141.Tomo 6.P.2.
Nonnunquam remittendus,cùm vel pietas, vel æquitas publica vel vtilitas id ſuadet.Ioan.Boſche.de nupt. verſicu.etſi. numero 4.folio 96.Tomo nono.
Remittitur propter nouitatem.Thom.Act.de Lud. Scaccho q.8. princ.nu.71.fol.183.T.7.
Laudatur multis exemplis.Pet.Foller.de Contrac. cenſur.verſ.iuſ. num.36.fol.141.Tomo 6.P.2.
Legis locum habet ſecundum leges. Galuan. Bonon. de differen. leg.& cano.nu.7.f.189. T.1.
Remittendus aduerſus eum,qui vxorem , vel liberos habet . Gaſpar.Beat.de inop.debit.c.3.nu.20.f.213.T.3.P.2.
Omnis manſuetudine temperandus eſt.Io.Fran. Paui.de viſitatio. q.10.1.P.nu.112.f.191.T.14.
Quando conuertendus eſt in æquitatem.Io.le Cirier.de primogenitu.q.10.1.lib.nu.7.f.24.T.10.P.1.
Quid ſit.Hierony.de Mont.de finib. regund. cap.15.nu 9. fol.336. T.3.P.2.Et Petr.Andr.Gamb.de permutat.benef. verſi.licèt.nu. 24.fol.213.Tom.15.Par.1.
Quotupliciter accipiatur.Pet.And.Gamb.de permutat.benef.ver. licèt.nu.28.fol.213.T.15.P.1.
Rigidus,nec manſuetudo debet eſſe diſſoluta.Io. Redin. de maieſta.Princip.verſi.Principem.nu.10.f.170.T.16.
Scriptus æquitati non ſcriptæ præfertur, & in hoc ſenſu intelligenda eſt.l.proſpexit.ff.qui & a quib.Io.Redin. de maieſt. Princip. verſi.hoc intelligo.nu.18.f.171.T.16.
Temperatur quandoq; ratione ætatis.Anto.Columb.de pœn.omnifar.coit.art.192.nu.192.f.346.T.11.P.1.
Vituperatur,& quomodo.Petr.Foller. de contract. cenſuar.verſic. ius.nu.37.f.141. T.6.P.2.
*RIGORE iuris clerici, & nobiles tenentur ſuſcipere hoſpites. Io. Arz.de nobilit.Hiſpan.&c.c.1.nu.14.f.216.T.16.
*RIGOREM, &æquitatem vario iure cenſeri, cum vnum ſit deciſio ſecundum regulas iuris ſcripti, alterum verò facti continentiam quandam præſeferre dicatur.Petr.Andr. Gamb. de aucto. leg.de lat.lib.10.nu.21.f.224. T.13.P.2.
*RIGORI æquitatem ſcriptam præferendam eſſe, frequentius receptum eſt,præterquam in tribus caſibus.Alb. Bolog.de leg.iur. & æquitat.c.33.nu.2.f.320.T.1.
*RIGORIS, & æquitatis tractatũ ſi ſuperfluo poni contigerit. Petr. Andr.Gamb.de auct.leg.de lat.lib.10.nu.29.f.224.T.13.P.2.
Materiam pertractari a Mario Salamonio adamuſſim. Petr. And. Gamb de auct.leg.de lat.lib.10.nu.25.f.224.T.13.P.2.
*RIGOROSVM ius ſummus ius vocatur. Petr. Foller.de contract. cenſuar.verſi.ius.nu.4.f.139.T.6.P.2.
*RIMARI cuncta intereſt iudici ad inueſtigandam veritatem . Iacob.de Aren de poſitio.§.cum frequens.nu.10.f.3.T.4.
Cuncta iudicantem oportet. Ioan. a Capiſtra.in Specul.cõſcient. verſi.reſtat.nu.72.f.343.T.1.
*RIMINALDVS iur.conſultus quo tempore floruerit, quot libros in iure ciuili compoſuerit,& quot annos vixerit.Io.Fich.de Vit. Recentio.iur.conſult.col.2.f.159.T.1.

De Ripa,& eius natura,ſiuè effectu.

*RIPA an cedat fundo.Iul.Ferret.de re naual.lib.16. nume. 15. fol. 355.Tom.12.
An debeat menſurari vendito fundo.Petr. Foller.de contract.cenſuar.verſi.vidiſtis.nu.7.f.153.T.6.P.2.
Veniat menſuranda in venditione. Fabia.de Mont.de empt. & vendit.6.q.princ.nu.16.f.59.T.6.P.1.
Eſt quæ flumen continet naturalem rigorem curſus ſeu retinens. Bartho.Cępo.de ſeruitut.ruſt.præd.c.36.nu.1.f.241.T.6.P.2.
Fluminum an ſit publici iuris.Iul.Ferret.de re nauali.lib.16.nu.15 fol.355.Tom.12.
An veniat in menſura, & venditione agrorum ripæ contiguorum fluminum. Iul.Ferret.de re nauali.lib.16.nu.15.f.355.T.12.
Cuius ſit vſus.Iul.Ferret.de re naual.lib. 16. numero 14. fol.355. Tom.duodecimo.
Prædij verſus flumen ſi naturaliter ſe extendat,quid iuris.Bartho. Cępol. de ſeruitut.ruſt.præd.c.36.nu.10.f.241.T.6.P.2.
Quæ ſit munienda. Iul.Ferret.de re naual.lib.16.numero 15. folio 355.Tom.12.
Qualiter munienda ſit.Bartho.Cępol.de ſeruitut. ruſt. præd. cap. 36.nu.13.fol.241.T.6.P.2.
Sit reficienda.Bartho.Cæpol.de ſeruitut.ruſt.præd.c.36.num.13. fol.eod.T.eod.P.ead.
*RIPÆ diſtinctio refertur,qua pariter reprobatur.Gaſp.Caballi.de euictio.§.3.nu.71.f.86.T.6.P.1.

Ripæ qualiter conſiderentur circa diuerſa, & earum effectus.

*RIPÆ an debeant commenſurari cum fundo.Bartho.Cępol. de ſeruitut.ruſt.prędio.c.36.nu.7.f.241.T.6.P.2.
Cuius eſſe dicantur,ſi via publica eſſet in medio inter flumen, & agrum,vel domum: ſicut eſt Veronę apud pontem nauium, in contrata caudę longę.Bartho.Cępol.de ſeruitut.ruſt. prædio. c. 36.nu.4.fol.241.T.6.P.2.
Fluminum an ſint publicę, vel priuatę . Iul.Ferret.de re naual.lib. 16.nu.16.f.355.T.12.
Montuoſę qualiter menſurantur.Petr.Foller.de contract. cenſuar. verſi.vidiſtis.nu.10.f.154.T.6.P.2.
Mutari quando dicantur.Bartho.Cępol.de ſeruitut.ruſt.prędd.cap. 36.nu.3.fol.241.T.6.P.2.
Si propter aquarum inundationem eleuatę eſſent,nunquid etiam deprimi poſſint.Bartho.Cępol. de ſeruitut.ruſt. prędio. cap.36. nu.12.fol.241.T.6.P.2.

Riparum conſideratio quæ ſit.

RIPARVM priuilegia,& actiones.Bapt.de S.Blaſ.de actio. & eius natu.actio.65.nu.70.f.49.T.3.P.2.

Et quid

Source : BIU Cujas

Index Tractatuum.

Et quid de lacubus,& ſtagnis.nu.71.& 72.ibidem.
Publicorum fluminum proprietas eſt illorum, quorũ prædijs adhærent. Hieron.de Mont.de finibus regund.cap.23.numero 3. folio 337.Tomo 3.P.2.
Vſus communis eſt.Fabia.de mont.de empt. & vendit.6.quæſtio. princip.num.17.fol.59.Tomo 6.P.1.
Quo iure communis ſit. Albert.Brun.de reb.dub.verſ.venio. numero 11.fol.355.Tomo 18.
*RIPAS deſtruens morti ſubditur.Petr.Pecch.de amortizatio. bono.verſ.lapidans.nu.5.fol.328.Tomo 11.Par.1.
*RIPATICA quæ gabella ſint.Ioan.Hugo.de offi.quat.Prælat.ver. merentur.num.7.fol.297.Tomo 13.P.2.
*RISCIO verbum declaratur.Benuenut. Stract. de aſſecur.gloſ. 16. nu.1.fol.375.Tomo 6.P.1.
*RITE, dictio ſolemnitatem iuris importat.Octa. Simoncel. de decret.inſpectio.1.nu.8.fol.319.T.2.
*RITIVS merlus adnotauit in apologia ſua. fol.25.in fin. quod iudex rarò in arbitrarijs reprehenditur. Rain. Corſ.in indagat.iur. lib.2.cap.27.nu.10.fol.285. Tomo 1.

Ritus qualiter circa diuerſa conſideretur, & eius effectus.

*RITVS circa quæ verſetur.Roch.Curt. de ſtat. in præfatio.nu.28. fol.347.Tomo 2.
Cõcedendæ abſolutionis a ſacramento apud Burgundiones quis ſit. Ioann. Maurit. Bola.de reſtitut.in integrum.c.118. nume. 13.fol.143.T.5.
Eccleſiæ Romanæ a Cardinalibus obſeruandus eſt. Guil. Duran. de mod.gen.concil.celeb.columna Rub.de exceſſu.Cardin.&c. nu.3.fol.159.Tomo 13.P.1.
Et cerimoniæ quæ ſint in ſenatu habendæ. Valent.Forſte.de Hiſto. iur.ciui.Roma.col.2.in prin. folio quinquageſimoprimo.T.1.
Nuptiarum vetus quis fuerit.Marc. Vertr. de iur. liberor. cap.30. col.2.fol.15.Tomo 8.P.2.
Quid ſit.Arnald.Albert.de aſſertio.cathol. & c.quæſt.32.nume.5. fol.109.Tomo 11.P.2.
Salutandi Imperatores varius exemplis demonſtratur & qualiter ſe in ſalutationibus gererent. Conrad. Brun. de ſeditioſ. cap.7. nu.14.fol.106.Tomo 11.P.1.

Ritus in plurali qualiter ſint conſiderandi.

*RITVS Iudæorum quare tolerandi,non ſic Sarracenorum,& cæterorum infidelium.Marq. de Suſ.de Iudæ.& alijs infid.c.2.nu.7. fol.29.Tomo 14.
Varij nuptiarum ab Hebrẽis,& Romanis vſurpati. Anton. Gub. Coſta.de matrimo.Rub.de ritu nuptia.nu.1.folio 56.T.9.
*RIVALIVM, vel competitorum altero interfecto præſumitur contra alterum.Franc.Caſon.de malefi.cap.2.nu.3.f.284.T.11.P.1.

De Riuis.

*RIVO aquæducendæ qui ius habet, an cuniculum ſubterraneum, per quem aquam ducere poſſit,facere queat.Barthol.Cæpol.de ſeruit.prædio. cap.quarto. numero 89.folio 226. Tom.6.P.7.
*RIVOS manutenere, & eos purgare, & aggeres reficere quis teneatur,& cuius expenſis.Bartho.Cæpo.de ſeruitut.ruſt.prædio. capit. quarto. numero nonageſimo. folio 226. Tom.6.P.2.
Et etiam expurgare an quis teneatur. Bartho.Cæpo.de ſeruitu.ruſtico.prædio.c.41.nu.2.fol.242.T.6.P.2.
*RIVVM an quiſpiam ſimpliciter cauare poſſit. Bartho. Cæpo. de ſeruit.ruſtico.prædio.cap.4.nu.20.fol.220.Tom.6.P.2.
Eſtò quòd aliquis de iure,vel ex permiſſione facere poſſit,an p̃dij dominãtis dominus illum purgare,& reficeere poterit. Bartho. Cæpo. de ſeruitut.ruſticor.prædio.cap.4. nu. 21.f.220.T.6.P.2.
Si reficere velim, & aduerſarius meus contra me negatoriam intentet,an refectione ſim prohibendus.Bartho.Cæpo. de ſeruit. ruſt.prẽd.cap.4.nu.114.fol.228.T.6.P.2.

Riuus qualiter conſideretur, & quid ſit.

*RIVVS eſt locus per longitudinem depreſſus,quo a qua decurrit. Bartho.Cæpo. de ſeruit.ruſt.prædio.cap.41.nu.1.f.242.T6.P.2.
Specus,ſepta,& incile quæ loca dicantur.Bartho.Cæpo.de ſerui. ruſti.prædo.cap.4.nu.112.fol.227.T.6.P.2.

Rixa qualiter circa diuerſa conſideretur, & eius effectus.

*RIXA affectata non tollit qualitatem animi deliberati. Barrhol. Thæg.in tracta.crimin.P.8.nu.35.fol.14.T.11.P.1.
Et locus an excuſet.Nic.Moro.de fid.treug.& pace.q.113.nume.2. fol.436.Tmo 11.P.1.
Facta parum poſt primam,facit indicium animi deliberati. Barthol.Theg.intracta.crimin.P.18.nu.6.f.22.T.11.P.1.
Per tractatum facit, vt omnes teneantur de occiſo.Marc.Blanc.de indic.& tortu.nu.226.fol.272.Tomo 11.P.1.
Quando cenſeatur pura,& quando præmeditata.Franc.Caſon.de malefic.c.7.nu.8.f.285.Tom.11.P.1.
Secunda vice facta parum poſt primam, penſamentum demonſtrat.Bartho.Thęg.in tracta. crimin. P.8. nu.23. f.14. T. 11.P.1.
Facta parum poſt primam indiciat penſamentum. Marc. Blanc. de Sindic.& tortu.nu.233.fo.273.T.11.P.1.
Si facta ſit a pluribus, & mortuus ſit aliquis in ea, an ſint omnes irregulares,ſi neſciatur a quo fuerit occiſus. Nicola. Ploui.de irregularit.reg.25.nu.18.fol.401.T.14.

Rixæ qualiter conſiderentur.

*RIXÆ, & diſcordiæ oriuntur ſuper re communi.Ioan. de Royas. Sergen.in epito.ſucceſſio.capitu.5.nume.26.fol.397.Tom.octauo,Par.prima.
Et ſcandala vt tollantur,multa tolerantur.Robert.Lancel. de attẽta.ampliat.2.nu.1.f.319.T.5.

Rixæ conſideratio quæ ſit.

*RIXÆ deſcriptio,& vnde dicatur.Guil.le Rouil. de iuſt. & iniuſt. cap.9.nu. 4.fol.377.T.1.
Eſt auctor qui iracundiam prouocat. Petr. Belli.de re milita.tit.2. nu.41.fol.367.Tom.16.
*RIXAM qui non poteſt prohibere,non dicitur negligere. Nicola. Moron.de fid.treu.& pace.141.numero quarto, fol. 446. Tom. 11.Par. 1.
*RIXANTIBVS pluribus ſi quis fuerit occiſus,contra inimicum,ſi non conſtet de indiuiduo, præſumitur, & ex hoc is poterit torqueri.Fran.Caſon.de malefic.c.3.nu.3.f.284.T.11.P.1.

Rixoſus qualiter conſideretur.

*RIXOSVS an quis ſit a iudicis arbitrio pendet.Octa.Simoncel.de decret.tit.4.lib.2.caſ.1.nu.7.f.301.T.6.P.2.
Conturbans collegium qua pęna puniatur.Tho.Act.de Lud.Scaccho.q.4.princ.nu.52.& ſeq.f.173.T.7.
Præſumitur ad rixam prouocaſſe,& ſic ſi ſit mortuus, præſumitur aggreſſus occiſorem.Andr.Alciat.de præſumptio.præſumptio. 39.nu.9.fol.345.T.4.
Teſtis ſi & inimicus fuerit valde contra ipſum præſumitur. Ioan. Mar.Monticel.de teſtib.col.2.circ.med.f.247.T.4.
*ROBARIA ſtratæ eſt maius delictum,quàm furtum Bald.Peruſi. de ſtat.verſi.concordia.nu.12.f.100.T.2.
*ROBERTI cautela quæ fuerit circa probationẽ poſſeſſionis propriæ.Io.Bapt.Ponta.de ſpol.c.8.nu.67.f.283.T.14.
*ROBERTVS Cremona iur.conſultus quid ſcripſerit. M. Ant. iuriſconſ.de Viris Illuſtr.col.4.nu.216.f. 166.T.1.
Marãta quo tempore floruerit.M.Ant. iuriſconſ. de Viris Illuſtrib. col.1.nu.218.f.167.T.1.

De Roboam.

*ROBOAM eius filius ſpreta ſapientia,regnum amiſit. Ioann.Redin.de maieſtat.Princip.verſicul. legibus. numero 19.folio 155. Tom.decimoſexto.
Salamonis filij regnum fuit diuiſum; quia ſapientes audire negauit.Guiliel. le Rouil. de iuſt.& iniuſt. capitul.2.numero primo, fol.381.Tom.1.
Aſſuerus econtra.ibidem.
Filius regnum perdidit,quia ſacerdotes audire noluit. Io.de Sel. de benef.q.4.P.1.nu.12.f.8.T.15.P.1.
Suum regnum perdidit,quia noluit audire conſiliarios ſuos ſapiẽtes.Marti.Lauden.de legat.Princip.quæſt. 19. vbi remiſſiuè. fol. 212.Tom.16.
Regnum cur perdiderit. Andr. Barbat. de præſtant. Cardin.q.1. baſil.1.P.nu.20.f.65.T.13.P.2.
*ROCHI lapſus circa rationes præſumptas,& expreſſas. Aym.Crauet.de antiquita.tempo.4.P.nu.84.f.154.T.17.
*ROCHVS Curtius iuriſconſultus Papiẽſis quo tempore floruerit. M.Mant.iuriſconſ.de Viris Illuſtrib.nu.215.col.4.f.166. T.1.
*RODERICVS a Toleto per Illuſtris gubernator,vir ſtrenuiſſimus, & nobiliſſimus fuit.Lancil.Gal.de ſtat.quæſtio.6. nume. 1. folio 300.Tom.2.
Gomeſius a Silua maior Cubicularius Regis noſtri Philippi.11. dignißimis titulis,& conuenientiſſimis cohoneſtatur. Io. Redin. de maieſt.Princip.ver.hoc eloquendi genus.nu.53.f.147. T. 16.
*ROFFREDVS iuriſconſultus fuit Iaſonis diſcipulus. Io.Bapt.Caccialup.de Ludo.nu.20.f.157.T.7.
Patria Beneuentanus iuriſconſultus quid ſcripſerit,& quo tempore floruerit.Ioann.Fich.de Vit.recentior.iuriſconſulto.colum.3. fol.156.Tom.1.
*ROGAMINA quę ſint.Vital.de Camba.de clauſul.verſi.de metu. nu.3.fol.425.Tom.18.
*ROGANS iudicem in cauſa criminali vt pro ſe pronunciet punitur incentum.Guliel.Redoa.de ſimon.ment.Par. 2. cap. 32. nu. 53.fol.82.Tom.15.Par.2.
Precario delata culpa tenetur,& dolo.Placenti.de iudic.tit. 12.nu. 1.fol.93.Tom.3.
*ROGARI ordinarius poteſt,vt conferat poſt reſignationem Titio. Petr.Rebuf.de pacif.poſſeſſo.nu.245.f.550.T.15.P.2.
*ROGATI ſi ſint duo notarij de inſtrumento, quorũ vnus eſt probatæ fidei,alter infamatæ,propter fidem illius valet inſtrumentum.Georg.Natam.Aſten.de ſtat.q.3.nu.78.f.256.T.2.
*ROGATIO vel protocollum quando omnia illa habet,quę debet habere inſtrumentum,ſic plus ei credẽdum Paris a Put. de reaſſumptio.rub.18.nu.36.f.41.T.4.
*ROGATIONES, ſeu litaniæ,quę quotannis cantantur ad euitandam peſtis contagionem, an ſint omittendæ Hieron. Præuidel. de peſte.& eius priuil.verſi.hoc loco.nu.1.f.183.T.18.
*ROGATOR precarij quare ad eam non tenetur diligentiam, quã præſtat cõmodatarius.Placenti.de iudic.tit.12.n.2. f.93.T.3.P.1.

Rogatus

Source : BIU Cujas

Rogatus applicatiuè consideratus qualiter consideretur, quid operetur.

*ROGATVS restituere an possit ante restitutionẽ hæreditatis alienare, vt soluat creditoribus, & legat. Ange. de Gambellio. de testam. gl. 86. nu. 10. f. 71. T. 8. P. 1.
Item an teneatur de fructib. vel male ablatis. nu. 11. & 16. ibid.
Restituere hæreditatem ad quid teneatur. Io. Copi. de naturalibus fruct. ti. 3. c. 1. nu. 4. f. 241. T. 17.
Alicui, an feudum veniat. Iac. Nouel. de iur. prothomis. num. 131. fol. 23. Tom. 17.
Ancillarum partus non retinebit. Odofred. de curat bonis dand. c. 3. nu. 3. f. 236. T. 17.
Restituere quicquid supereſt ex hæreditate tenetur reseruare quartam fideicommissario. Vincent. Paleo. de dote. ver. prædium, nu. 110. fol. 407. T. 9.
Fallit ratione dotis. ibid.
Quod supereſſet, cum moreretur, an debeat restituere fructus superfluos. Io. Copi. de natural. fructib. capi. 2. ti. 3. num. 3. fol. 241. Tom. decimoseptimo.
Rem sub fide incapaci in foro conscientiæ tutus non est, nec ipse rogatus. Lancel. Gal. de stat. q. 14. nu. 15. f. 309. T. 2.

Rogatus qualiter consideretur, & eius effectus.

*ROGITVS domini habet vim præcepti. Paris. de Put. de sindi. ver. sindicantur. nu. 12. f. 239. T. 7.
Notarij, ac testium solemnitas, dicuntur de forma testamenti, quæ prætermitti non potest. Ludoui. Lan. de formul. testamen. versi. punctus. nu. 87. f. 185. sed vult dicere. f. 184. T. 8. P. 1.
Supplet eius defectum deficiente testium subscriptione. Ludoui. Lana. de formul. testamen. ver. cum multa. numero 48. folio 181. Tom. 8. Par. 1.
Testium ad solemnitatem requiritur. Io. Mar. Monticel. de testibus col. 3. cir. princ. f. 284. T. 4.
In fideicommissis quando requiratur. Io. Mar. Mõticel. de testib. col. 3 cir. prin. f. 284. T. 4.
*ROLANDI tractatus editus de confectio. inuent. Sebast. Montic. de inuent. hæred. in præfatio. nu. 15. f. 201. T. 8. P. 2.
*ROLANDINVS quibus fuerit impulsus ad scribendum. Roland. de testam. & vlt. volun. in proœmio. nu. 1 f. 1. T. 8. P. 1.
*ROLANDVS, Monticulus, Phanucius vno, eodemque tempore fecerunt tractatum de inuentario hęredis. Sebast. Montic. de inuent. nu. 1. f. 259 T. 8 P. 2.
Placiola quis fuerit. Valent. Forste. de hist. iur. ciui. Roma. col. 2. cir. fi. fol. 55. Tom. 1.
Quid scripserit, & quo tempore floruerit. M. Mant. iurisconſ. de viris illustrib. nu. 217. col. 1. f. 167. T. 1.

Roma qualiter consideretur, quomodo nuncupetur, & eius effectus.

*ROMA an hodie sit communis patria. Restaur. Castal. de Imperat. q. 105. nu 8. f. 75. T. 16.
An hodie sit, vbi est Imperator. Restaur. Castal. de Imperat. q. 105. nu. 9. f. 75. T. 16.
Caput mundi dicitur. Bap. de S. Blas. de actio. & eius natu. actio. 2. nu. 8. f. 44. T. 3. P. 2.
Totius orbis, ita & Romana ecclesia caput ecclesiarum quarumcunque. Pet. And. Gamb. de auct. leg. de lat. lib. 2. num. 18. f. 156. Tom. 13. Par. 2.
Communis patria vocatur. Alber. a Ros. de stat. q. 90. nu. 5. folio 83. Tom. 2. & Nicol. Festas. de æsti & collec. cap. 3. numero 55. folio 187. Tom. 12.
Condita duos fratres habere non potuit, & sic fratricidio dedicatur. Micha. de Anin. de vnit. ouil. & past. cap. 12. numero 8. fol. 32 Tom. 13. Par. 2.
Cur dicatur communis patria. Ant. Gub. Costa. de matrim. vers. secundum. nu. 12. f. 51. T. 9.
Effusione sanguinis Petri facta est altera Hierusalem teste Hostiense. Micha. de Anin. de vnit. ouil. & past. c. 19. numero 14. folio 39. Tom. 13. Par. 2.
Ibi est, vbi est Papa. Hieron. Zanet. de different. iur. can. & ciuil. nu. 26. fol. 200. T. 1.
Ignorans suæ proiectionis auctorem omnibus penè gentium seruiebat erroribus, quia nullam respuebat falsitatem, vnde quando per diabolum tenacius erat alligata, tanto per Christum mirabilius est absoluta. Micha. de Anin. de vnit. ouil. & pasto. c. 18. nu. 7. f. 38. T. 13. P. 2.
Ita antecellit, vt illi dici possit æternitatem imperij esse diuinitus datam. Hiero. Alba. de potest. Papæ. 1. P. nu. 72. f. 69. T. 13. P. 1.
Nomẽ est, quod apud Græcos significat fortitudinem, & apud Hębreos sublimitatem, auctore Hieronymo. Micha. de Anin. de vnit. ouil. & pasto. c. 19. nu. 13. f. 39. T. 13. P. 2.
Quæ erat magistra erroris per hanc cathedram fieri debebat discipula veritatis, vt caput orbis effecta latius præsideret religione diuina, quàm dominatione terrena. Mich. de Anin. de vnit. ouil. & past. c. 18 nu. 6. f. 37. T. 13. P. 2.
Qualiter habuerit initium a bellis. Iul. Ferret. de re naual. libro 12. nu. 27. f. 348. T. 12.
Quomodo hodie communis patria dicatur. Gabr. Paleo. de Noth. spurijsque. fil. c. 3. nu. 6. f. 46. T. 8. P. 2.
Relicta fuit, & concessa Papæ, & ecclesię. Restaur. Castal. de Imperato. quæstio. 77. num. 2. f. 64. Tom. 16.
Respublica iure notatur. Bap. de S. Blas. de actio. & eius natu. actio. secunda, num. 8. fol. 43. T. 3. P. 2.
Solam fidem semper seruauit, cum omnes mundi prouinciæ, in quibus Apostoli prædicarunt a fide defecerint, & cathedram Petri retinuit nullis tempestatibus hoc perturbantibus. Micha. de Anin. de vnit. ouil. & past. c. 19. nu. 15. f. 39. T. 13. P. 2.
Vocatur ciuitas Venetiarum. Hiero. Gigan. de crim. lęsæ maiest. nume. 11. f. 34. T. 11. P. 1.
Vrbs quadrifariam diuisa. Benedic. Bon. de censib. nu. 6. art. 1. folio 164. Tom. 6. P. 2.
Quantum clauderet, & comprehenderet. Sebast. Montic. de patr. potest. nu. 72. effect. 33. f. 136. T. 8. P. 2.

Romæ in genitiuo, & datiuo quæ consideratio sit circa diuersa.

*ROMÆ aureus nummus percussus fuit anno vrbis. 642. & dictus est ducatus. Hiero. Gig. de crim. lęse maiest. quæstio. 62. num. 10. fol. 47. T. 11. P. 1.
Citari solebant decisiones Rotæ, quæ non inueniebantur, vt quis mendacium foueret, vt refert Alexander. M. Anto. Marsil. de ecclesiast. redditib. c. 34. nu. 9. f. 366. T. 15. P. 2.
Christus nascitur, nascens, natusque, & moriens obedire consensit. Rain. Cors. de indagat. iur. lib. 3. capitu. 20. & vlt. numero 1. fol. 288. Tom. 1.
Consuetudo quando spectanda sit. Benedic. Bon. de censib. art. 22. nu. 47. f. 168. T. 6. P. 2.
Quomodo ad loca quæcunque generaliter extendi debeat. Lancel. Gal. de stat. præfat. 8. nu. 100. f. 294. T. 2.
Duæ sententiæ faciunt rem iudicatam. Quint. Mandos. de inhibitio. q. 72. nu. 25. f. 103. T. 5.
Existens si constituo me soluturum Capuæ, vtrum creditor debeat ire Capuam, vel mittere ad recipiendum solutionem. Bald. de Vbal. de Perus. de constit. ver. quia nu. 3. f. 38. T. 6. P. 1.
Fines non extendebantur vltra viginti milliaria. Sebast. Montic. de pat. pot. nu. 60. effect. 33. f. 136. T. 8. P. 2.
Laudes, & Romanæ ecclesiæ prerogatiuę quæ sint. Card. Iacob. de concil. lib. 7. art. 1. nu. 87. f. 303. T. 13. P. 1.
Legatus hæres institutus habet ius reuocandi domum. Iacob. de Aren. de cessio. actio. ver. quoniã. nu. 48. rub. quis cedere. pos. &c. fol. 75. Tom. 3. P. 2.
Magistratus venduntur. Paris. de Put. de sindic. ver. & primò, nu. 3. fol. 237. Tom. 7.
Multa esse beneficia Cardinalium collationi subiecta. Petr. And. Gamb. de auct. leg. de lat. rub. de potestate legati &c. nume. 716. fol. 175. T. 13. P. 2.
Non semper Papa necessariò stare debet Restaur. Castal. de Imperat. q. 77. nu. 6. f. 64. T. 16.
Papiæ, & alibi qualiter debitor cedat bonis. Matthe. Brun. de cessio. bonor. q. 6. princ. nu. 5. f. 194. T. 3. P. 2.
Patriarchales ecclesiæ quales sint, & quot. Pet. And. Gamb. de auct. leg. de lat. lib. 2. ver. illud. nu. 25. f. 156. T. 13. P. 2.
Patrimonium quale sit. Restaur. Castal. de Imperat. q. 51. nume. 10. fol. 51. Tom. 16.
Bononiæ. ibidem.
Eugubium. ibidem.
Ferraria. ibidem.
Marchia. ibidem.
Sardinia. ibid.
Sicilia. ibidem.
Petrus passioni Dominicæ adæquatur, Paulus Ioannis exitu coronatur Lęl. Iorda. de Roma. sedis orig. &c. cap. 11. num. 5. folio 15. Tom. 13. Par. 2.
Plusquam alibi ad Martyrum sepulchra, & ecclesias concurritur. Micha. de Anin. de vnit. ouil. & pasto. cap. 19. numero 11. fol. 38. Tom. 13. Par. 2.
Post Constantinum cur, & alij Imperatores quinq; fuere. Restaur. Castal. de Imperat. q. 51. nu. 26. f. 52. T. 16.
Pro Imperatore hodie quis sit orator. Restaur. Castal. de Imperat. q. 61. nu. 7. f. 58. T. 16.
Quædam familiæ erant notoriè nobiles. Io. Arz. de nobil. Hisp. capit. 4. nu. 9. f. 220. T. 16.
Quarta pars reddituum Clero distribuebatur, ac Romanis Pontificib. pecuniæ insuper aliquot clero extra ordinẽ erant elargitæ. M. Ant. Mars. de ecclesiast. reddit. c. 7. nu. 25. f. 343. T. 15. P. 2.
Qui primi consules fuerint. Ayma. Riual. de hist. iur. ciuil. & Pontif. lib. 2. ver. exactis. nu. 2. f. 4. T. 1.
Regnum a principio non extendebatur vltra 20. milliaria. Sebast. Montic. de pat. pot. effect. 33. nu. 60. f. 135. T. 8. P. 2.
Remittuntur peccata. Pet. Albi. de Pontif. potest. vers. diuini. num. 150. f. 139. T. 13. P. 1.
Vrbis consuetudo an seruanda sit vbiq;. Roch. Curt. de stat. sect. 4. requisit. 3. nu. 18. f. 360. T. 2.
Pomerium qui extenderint, seu ampliauerint. Sebast. Montic. de pat. potest. effect. 33. nu. 73. f. 136. T. 8. P. 2.
Stylus omnes ligat, etiã alibi quid agentes contrahentesve. Roch. Curt. de stat. sectio. 9. q. 12. nu. 17. f. 378. T. 2.
*ROMAM fataliter fuisse seditiosam certum est. Contra. Brun. de seditios. c. 13. nu. 6. f. 116. T. 11. P. 1.

Romana applicatiuè considerata quid circa diuersa operetur.

*ROMANA ciuitas quomodo sit diuisa. Thom. de Pipera. de fama. ver. respondeamus. nu. 3. f. 8. T. 11. P. 1.

Source : BIU Cujas

Index Tractatuum.

Curia an dispenset de facili cum natis ex damnato coitu Nicol.de Vbal.de successio.ab intest.ver.successionem.num.88.folio 344. Tom.8.Par.1.
Et ibi multa ad hoc dicta sunt de eius abusione.num.89.ibid.
Curia cauere debet a simonia ad exemplum.Io.Fran. Paui.de visitat.q.4.2.P.nu.9.f.197.T.14.
Cum petitur sanatio nullitatum factarum in processu causæ, omnes alias nullitates sanat, præterquam prouenientes ex defectu citationis,iurisdictionis,vel mandati procuratoris. Hier. Gig.de crim.lesæ maiest.q.6.nu.5.f.50.T.11.P.1.
Ibi est,vbi est Papa.Hiero.Præuidel.de peste.& eius priuil.vers.& quia nu.1.f.177.T.18.
Quemlibet admittit ad opponendum contra materiam electi. Phil.Prob.de iure Regal.q.35.nu.12.f.400.T.12.
Semper interpretatur pro sede.Ægid.de Bellame.de permutatio. benef.P.8.q.4.nu.3.f.204.T.15.P.1.
Seruatur quòd Vicarius Papæ licèt habeat plenam iurisdictionẽ in vrbe,tamen non est iudex subditorum Cardinalium,nã subditi Cardinalium remittuntur ad vicarios Cardinalium. Martin. Laudens.de Cardinal.q.17.ubi remissiuè.f.60.T.13.P.2.

De Romana Ecclesia,& eius authoritate.

*ROMANA Ecclesia aliarum caput est.Gul.Durand.de mod.gen. concil.cel.rub.14.nu.2.f.160.T.13.P.1.
Aliarum est domina.Guliel. Duran.de mod. gen. concil.cel.3.P. rub.1.nu.3.f.173.T.13.P.1.
An habeat senatum quemadmodum tempore Florenti. Romanorum.Mart.Laudens.de Cardin.q.12.ubi remissiuè.fol.60.Tomo 13.Par.2.
An semper habuerit Principatum. Card.Iacoba.de concil.lib.8. art.7.nu.1.f.334.T.13.P.1.
Debet prouidere circa honorem prælatis impendendum.Guliel. Duran.de mod.gen.concil.cel. rub. de excessu Card.&c.num.4. fol.159.T.13.P.1.
Dignior domus Apostolico prædicationis ingressu Principatum tenet nationum.Lel.Iorda.de Rom.sed.orig.&c.c.10.nume.42. fol.14.T.13.P.2.
Est præferenda cæteris, quia dignior, licèt illam præcesserit tempore Antiochena.Card.Iacobat.de concil.lib.2.art.2.nu.87. fol. 212.T.13.P.1.
Est prima sedes,quã Apostoli Petrus,& Paulus suo martyrio consecrarunt.Franc.Arias.de Bello.& eius iust.vers siquidem.num. 206.f.334.T.16.
Gaudet præscriptione centum annorum.Guliel.Redoa.de rebus eccle.non alie.c.3.nu.13.f.395.T.15.P.2.
Habuit auctoritatem traditione dominica super vniuersas. Lel. Iorda.de Rom.sedis orig.&c.c.7.nu.27.f.7.T.13.P.2.
Impartita est vices suas alijs ecclesijs,vt sint vocatæ in partem solicitudinis,non in potestatis plenitudinem. Card.Iacob.de concil.lib.7.art.7.nu.57.f.326.T.13.P.1.
In foro pœnitentiali quomodo se habere debeat.Gul.Duran.de mod.gen.concil.cel.rub.28.nu.13.f.176.T.13.P.1.
In orationibus veneris sancti, non flectit genua pro Iudæis.Iaco. Siman.de cathol.instit.ver.ipsis.nu.30.f.121.T.11.P.1.
Iure generalia quomodo ea condere,facere,& obseruari curare debet.Gul.Duran. de mod. gen. concil.cel.rub.28 nu.11.f.176. Tom.13.P.1.
Licèt dicatur mater imperij,tamen aliquando est eius vasalla.Arnulph. Ruze.de iure Regal.ver.2.nu.8.f.359.T.12.
Licèt sit mater imperij,tamen si tenet castrum in feudum ab Imperatore,dicitur vasalla quo ad illud castrum.Marti.Lauden.de Carat.de Princip.q.193,vbi remissiuè.f.207.T.16.
Non debet priuilegium concedere, vt clerici a laicis iudicentur. Guil.Duran.de modo gen.concil. cel.rub.3. numero 2.fol.158. Tom.13.Par.1.
Non debet grauare clericos.Gul. Duran. de modo ge.concil. cel. rub.28.nu.7.f.176.T.13.P.1.
Non debet grauare clericorum bona, concedendo decimas, & alias subuentiones Principib. Gul. Dura.de modo ge.concil.cel. rub.28.nu.7.f.176.T.eo.P.ead.
Non debet habère maculam, & rugam.Gul.Duran.de modo gene.concil.cel.rub.28.nu.1.f.176.T.13.P.1.
Debet esse schola virtutum.ibid.
Est mater fidei.ibid.
Non habet superiorem.Card.Iacoba.de concil.lib.3.art.1.nume. 102.fol.229.T.13.P.1.
Declaratio horum verborum secundum Ægidium.nu.113.ibid.
Non priuilegiat aliquem contra se. Card.Iacoba.de concil.lib.5. art.19.nu.25.f.274.T.13.P.1.
Quibus non debet prouidere de beneficijs,& quibus sic.Gul.Redoa.de mod.gen.concil.cel.rub.28.nu.5.f.176.T.13.P.1.
Regitur Cardinalium consilio.Marc.Mant.de concil.ver.statim. nu.66.f.185.T.13.P.1.
Semper remansit immaculata.Io.Hiero. Albi. de potest.Pap.P.1. nu.204.fol.72.T.13.P.1.
Tenet primatum omnium ecclesiarum, quem Christus principaliter tradidit, & postea concilia ratificauerunt. Io.a Capistra. de aucto.Papæ.P.3.2.P.prin.nu.28.f.57.T.13.P.1.
Vniuersa sibi vendicat.Gul.Duran.de mod.gen.concil.cel.rub.de excessu Card.nu.6.f.159.T.13.P.1.
Vocatur fiscus.Pet.de Vbal. de canon.episc.& paroc.q.14.princi. nu.39.f.210.T.15.P.2.
Militia ad quem effectum fuerit ordinata. Benedic.Boni. de censi. art.54.nu.84.f.172.T.6.P.2.
Potentia bellis externis creuit. Conrad. Brun.de seditios.capitu.4. numero sexto,folio123.Tom.11.Par.1.
Sedes similis est auro puro,quia quanto magis exagitatur, tãto magis fit Illustris.Io.Hiero.Alba.de potest.Papæ.2.P.num.258.fol. 81.Tom.13.P.1.
Super omnes alias Principatum obtinet. Marc. Mant. in Dialog. de concil.ver.statim.nu.77.f.186.T.13.P.1.

Romanæ leges qualiter considerentur circa diuersa.

*ROMANAE leges debent obseruari ab omnibus Romani Imperij subditis. Conra.Bru.de seditios.c.7.nu.2.f.150.sed vult dicere.fol.105.T.11.P.1.
Pro patria etiam contra parentes, & sanguinem pugnare, immo & filio patrem,& patri filium occidere permittunt. Conra.Bru. de seditios.c.13.nu.8.f.109.T.11.P.1.
Tollere nunquam potuerunt penitus legẽ Longobardam.incert. Auth. de feud.Longobard.ti.21.nu.7.f.154.T.10.P.1.
*ROMANAE curiæ laudes,& nomina quæ sint.Io. Lup. de sponsalib.& matrim.2.P.prin.nu.37.fol.46.T.9.

Romanæ ecclesiæ consideratio quæ sit.

*ROMANAE ecclesiæ altitudo reputari debet.Guliel. Duran. de modo gen.concil.cel.2.P.rub.de excessu.Card. &c.num.5,folio 159.Tom.13.P.1.
Qui duobus dominis opem eodem tempore ferre deberet, cui magis gratificari debeat. Card. Iacob. de concil. lib. 2. art. 5. num. 50. fol. 222. T. 13. P. 1.
Qui eſt in poſſeſſione libertatis, tenetur probare tempus conceptionis. Melch. Palaez. tract. maiorat. Par. 3. nume. 5. fol. 439. Tomo 10. Par. 1.
Qui per 15. annos continuos ſeruire debet, vt libertatem conſequatur, ſi per aliquod tempus in fuga ſtetit, debet tantundem remittere, & ei fauore libertatis ſufficit. Anto. Bard. de tempore vtili. c. 3. nu. 11. f. 213. T. 5.
Qui ſeſe domino ſubtraxerit, poteſt recuperari ex l. ſi coloni, niſi clericus factus, vel diu ſe pro libero geſſiſſet. Ioan. Bap. Ponta. de ſpol. lib. 1. nu. 97. f. 275. c. 10. T. 14.
Qui tenetur reddere rationẽ, illarum libros reddere cogitur. Hippo. Bonac. de ſeruis, vel famul. q. 170. nu. 1. col. 3. circa medium. fol. 128. T. 6. P. 1.
Quis eſſe non poteſt pro parte, & pro parte liber. Arnuf. Ruze. de iure Regal. 3. priuil. nu. 8. f. 361. T. 12.
Et legitimus hodie poteſt. Gabriel Paleot. de Nothis, ſpurijſque fil. c. 15. nu. 5. f. 52. T. 8. P. 2.
Quis prohibetur fieri creditoris per pactum. Vital. de Camba. de clauſ. verbo, his peractis. nu. 10. f. 470. T. 18.
Quo ad ciuilia habetur pro mottuo propterea, nec actiuè, nec paſſiuè poteſt ſtare in iudicio, etiã quod pro libero ſe gerat. Sebaſt. Vant. de nullitat. ex defectu inhabilitatis perſonæ. numero 46. fol. 400. Tom. 4.
Quo caſu legitimam perſonam ſtandi in iudicio habeat. Alber. de Malet. de teſtib. c. 3. nu. 9. f. 165. T. 4.
Quo tempore cęperit. Hier. Gig. de crim. lęſæ maieſt. q. 11. num. 8. & 9. fol. 57. T. 11. P. 1.
Reſcriptum impetrare non poteſt. nepos a Montalba. de exceptionib. art. 1. nu. 7. f. 105. T. 3. P. 2.
Ruſticus dicitur pars inſtrumentalis fundi, & glebæ annexus, reputatur immobilis, non ſic in boue, vel aſino. Guliel. Redoan. de rebus eccleſ. non alienan. rub. 10. nume. vigeſimoquarto, fol. 417. Tom. 15. Par. 2.
Dicitur, qui eſt deputatus prædio. idem Redoa. eod. ti. & rub. nu. 27. f. T. & P. eiſd.
Non alienatur, niſi, vt res immobilis. Redoa. eo. tit. & rub. nu. 24. fol. T. & P. eiſd.
Sapiens dominabitur filijs ſtultis. Petr. Rebuf. de priuil. ſchol. priuil. 44. nu. 2. f. 42. T. 18.
Si debet torqueri ad exhibendum agi oportet. Virg. de Boccat. de interdicto, vti poſſidetis. capitu. 22. numero 29. fol. 344. Tom. 3. Par. ſecunda.
Si fuit teſtis in inſtrumento, an de ipſius inſtrumenti veritate deponere poſſit, detecta eius ſeruitute. Alberic. de Malet. de teſtib. c. 5. nu. 7. f. 170. T. 4.
Et ibi intellectus ad l. 1. C. de teſtamen. & ad l. 3. §. duæ cauſæ. ff. de Carboniano edicto.
Idem dicendum de ſeruitore. Ioã. Maria Monticel. rub. ſeruitor. fol. 247. Tom. 4.
Si habetur pro libero an poſſit teſtificari. Alberic. de Malet. de teſtib. c. 5. nu. 3 & 5. f. 170. T. 4.
Quid de infame, quando habetur pro viro bonæ famæ. ibidem num. eodem.
Si iuret ſeruire per annum, an poſſit aſtringi ad ſeruiendũ. Hippo. Bonac. de ſeruis, vel famul. q. 81. num. 1. col. 1. in princ. folio 126. Tom. 6. Par. 1.
Si iuſſu domini ſui imagines ſanctorum fregerit, mitius puniri debet. Iacob. Siman. de cathol. inſt. ti. 61. numero 12. folio 197. Tomo 11. Par. 2.
Si librum domini pignorat alij, quomodo ſuccurratur domino. Hippo. Bonac. de ſeruis, vel famul. q. 156. nu. 1. colum. 1. in fi. fol. 128. Tom. 6. Par. 1.
Si pro negotio, & cauſa liberam habeat adminiſtrationem, poteſt res peculiares pignori dare. Ant. Neguſ. de pignorib. & hypothecis. 1. memb. 3. P. nu. 13. f. 213. T. 6. P. 1.
Idem & filiusfamilias. ibid. nu. eod.
Si ſtipuletur habere dicere, & an factum ſit nullum, ſtipulatio ius continet. Eguinar. Baro. de diuid. & indiuid. oblig. lib. 3. c. 11. nume. 11. & 12. f. 384. T. 6. P. 2.
Simpliciter morans in domo alicuius, an debeat habere ſalarium. Hippo. Bonac. de ſeruis, vel famul. q. 79. nu. 1. colum. 4. in princi. fol. 125. T. 6. P. 1.
Sine libertate hæres a domino, inſtitui non poteſt. Hieron. Zanet. de differentia iur. ciuil. & can. Par. prima, numero 16. folio 210. Tom. primo.
Sine licentia domini ordinatus deponitur, & domino reſtituitur. Gaſp. Beatius, de inope debitore. cap. 17. numero 23. folio 240. Tom. 3. Par. 2.
Sub conditione, an pendente conditione teſtificari poſſit. Alberic. de Malet. de teſtib. c. 5. nu. 17. f. 170. T. 4.
Sufficit, quòd mandatum domini oſtendat, & illius copiam faciat. Hippo. Bonac. de ſeruis, vel famul. q. 208. num. 1. col. 2. vltra medium. f. 129. T. 6. P. 1.
Teſtimonium dicere nõ poteſt, nec ſtare in iudicio. Nepos a Montalb. de teſtib. num. 70. & 71. & Iac. Butrig. de teſtib. nume. 1. fol. 59. & 60. Tom. 4.
Item nec pupillus. ibid. & Iaco. Ægid. de reprobatione teſtium. numero 2. fol. 73. T. eod. Ioan. Maria. Monticel. de teſtib. rub. ſeruus. fol. 247. & 282. T. 4. Bagarot. de reprobatione teſtium. nu. 7. fol. 298. T. eod.
Admittitur tamen ad teſtimonium contra dominum. Iac. Ægi. poſt. nu. 4. ibid.
Sed non pro domino. Nellus a S. Gemin. de teſt. poſt. nume. 12. fol. 80. Tom. 4. Ioan. Campeg. de teſtib. regula. 111. fol. 96. & regula. 243. fol. 106. Tom. eodem, & Ioan. Crot. de teſtibus, qui teſtes prohibeantur eſſe in teſtamento. nu. vigeſimoſeptimo, fol. 200. Tom. eodem.
Item admittitur ad teſtimonium in defectum probationum dominus Bagarot. de reprobatione teſtium. fol. 298. nume. 11. Tomo quarto.
Torquetur, vt indicet conſocios, maximè quando ſumus in atrocioribus, vel in nece domini, non interrogatur, quo mandante, id fecerit, & qui ſint participes. Franc. Caſo. de tormentis. ca. 16. nu. 4. f. 314. T. 11. P. 1.
Tu es ſeruorum meorum, cur dixerit Diogenes Philoſophus Alexandro Regi. Io. de Ligna. de amicitia. rub. de amicitia ſerui ad dominum. nu. 5. f. 236. T. 12.
Vaſallus excuſatur, ſi debet iuuare dominum contra dominum in cuius ipſe eſt poteſtate. Io. Blanc. epit. feud. c. 4. aum. 13. fol. 284. lib. 2. T. 10. P. 1.
Item ſi non adiuuat dominum ſuum contra patronum. ibidem numero 14.
Item ſi non ſeruierit domino contra Principem. ibid. nu. 15.
Item quoque ſi dominum de iniuſta guerra non adiuuet. ibid. numero 16.
Vel filius in non atrocioribus excuſantur, ſi domino, vel patri obediuerunt. Mart. de Silim. de feud. in princip. numero 3. fol. 3. Tomo 10. Par. 2.
Vel tabellio non debet officium aduocationis exercere. Ioan. Monac.

Index Tractatuum.

nac.de defensorio iure contra aduocatos.numero tertio,fol.124. Tom.3.Par.2.

Venditus ad quemcunque transeat,& quicunque occupet,non tamen ex eo tollitur ius primo quæsitum.Alberic.a Ros.de statut. lib 4.q.78.nu.22.f.80.T.2.

Vetitus rationes reddere a testatore,an negligens teneatur.Hippo. Bonacos.de seruis,vel famul.q.165. nu.1. col.3.in princ.fol.128. Tom.6 Par.1.

Victoris non efficitur victus in duello.Iac.Castil. de duello.ca.10. nu.3.f.292.T.12.

Vilis psona,vel liber,& criminosus,ac infamis,obscurus, vel ignotus sine tortura non admittuntur in testes.Hier.Gig. de crimin. lęsæ maiest.q.11.nu.9.f.63.T.11.P.1.

Vniuersitatis aduersus vnumquemque potest interrogari.Placeut. de accusationib.ti.6.nu.6.f.4.T.11.P.1.

Non est seruus singulorum.Benedic. Bonius.de censib.art.19.nume.43.f.167.T.6.P.2.

*SESSIONIBVS locus dignior est ille, qui est apud Episcopum. Henric.Bot.de synodo Episcopi Par.tertia,numero 19.folio 384. Tom.13.Par.2.

*SESSOR delectus,cuius equus prior ad brauium peruenit,illud lucratur.Paris a Put.de re mil.verbo, duo pugnabant. nume.3.fol. 416.Tom.16.

*SESSOREM capiens miles percutiendo equũ alterius,an per hoc dicatur victor.idem Paris.de Put.eo.ti.de re mil.verbo,duo conuenerunt.nu.1.f.417.T.16.

*SEV, vel aut dictiones,duplicem naturam habent,videlicet, disiũgere verba,& coniungere sensum.Anto. Bard. de tempore vtili. c.19.nu.18.f.226.T.5.

*SEVERÆ vxoris Valẽtiniani Imperatoris stolida simplicitas,quàm sibi nouerit.Albert.Brun.de seditionib.c.4.numero 16. fol.101. Tom.11.Par.1.

*SEVERIOR pars tenenda est ad euitandos grandes remorsus in his,quæ animæ salutem respiciunt.Bartho.Cępo.de simulatione contractus.nu.245.f.14.T.7.

Seueritas.

*SEVERITAS Alexandri Seueri laudatur in fures, & milites.Ioan. Redin.de maiest.Princ.rub.seuerum.numero 11.& 16.fol. 168. Tom.decimosexto.

Cum lenitate debet misceri,faciendumque est ex vtroque quoddã temperamentum.idem Io.Redin.eo.tit.rub.ad clemẽtiam pronum.nu.25.f.173.T.eod.

Item cum misericordia.ibid.nu.24.

Cum redeuntibus ad vomitum est exercenda. Bermon.Chouer.de pub.concub.rub.sine spe alicuius dispensationis.num.3.fol.170 Tom.11.Par.1.

Debet fieri non cupiditate nocendi,sed charitate consulendi.Conrad. Brun.de hæret.lib.5.cap. decimotertio,num. 6.fol.321. Tomo 11.Par.2.

Dormire nõ debet vbi malefactum a multitudine quasi ex authoritate defenditur.Conrad.Brun.de seditio.c.9.nume.24.fol.137. Tom.11.Par.1.

In quo consistat.Io.de Ligna.de censura ecclesiast. in diuisione tractatus in prin.nu.8.f.308.T.14.

In re militari misericordia est melior.Pet.Bell.de re mil.ti.vnic.nume.81.f.361.T.16.

Iuris pactis priuatorum mitigari potest. Bagarot. de præsumptionib.nu.28.f.299.T.4.

Nimia a canonibus improbata.M. Anto. Marsil.de ecclesiast.reddit.c.20.nu.8.f.350.T.15.P.2.

Philippi iunioris scribitur.Io. Redin. de maiest.Princ.rub. Seuerũ. nu.17.f.168.T.16.

Quando est exercenda.Conrad.Brun.de hæret.lib.5.ca.16.nu.24. fol.323.T.11.P.2.

Quid sit.Paris.de Put.de sindic.verbo, crudelitas officialis.num.3 fol.259.Tom.7.

Theodosij Imperatoris plus valuit contra hæreticos,quàm mansuetudo Augustini.Conrad.Brun.de hæret.lib.3.ca.2. nume.15. fol.295.T.11.P.2.

Vel asperitas,an apud prudentes damnetur.Iacob.Nouel.tract.ad defensam verbo , his hactenus examinatis. numero 54. fol.227. Tom.11.Par.1.

Seueritate.

*SEVERITATE cur ecclesia vtitur ad compellendum hæreticos. Conrad. Brun.de hæret.cap.secundo,lib.3.num.14.fol.295.Tomo 11.Par.2.

Et mansuetudine hæretici duobus causis reuocantur ad vnitatem ecclesiæ.idem Brun.eod.ti. & cap.2.lib.3.nume. 9.& 10.fol.T.& Par.eisdem.

Legis pigros,& inertes Reipnb.excitare conuenit. Gaspar. Beatius de inope debitore,&c.capit. secundo, numero 45.folio 211.Tomo 3.Par.secunda.

Melius est diligere, quàm cum leuitate decipere. Paris.de Put. de sindic.verbo,contumacia.nu.4.f.257.T.7.

Vti debet iudex in enormibus.Paris.de Put.de sindic.verbo,crudelitas.nu.4.f.259.T.7.

*SEVERITATEM debet iudex cum aliquo temperamento benignitatis subsequi.Nic. Moron. de fide treug.& pac.q.186.nu.13. fol.454.T.11.P.1.

Non debet iudex in officio exercere animo seuiendi, sed medendi.Paris.de Put.de sindic.in verbo,crudelitas.numero secundo, fol.259.Tom.7.

*SEVERITATI detrahitur ob multorum stragem. Fran.Arias.de Bello.& eius iustitia.nu.92.f.329.T.16.

Iustitiæ detrahendum est.Laurent. de Rodul.de vsur. particula.3. prin.nu.32.f.40.T.7.

*SEVERITATIS, aut clementię gloria non affectanda est,sed prout quæque expostulat statuendum.Io.Redin.de maiest. prin.verbo,ad clementiam pronun.nu.25.f. 173.T.16.& Nic. Moron.de fide treug.& pace.q.167.nu.4.f.& q.186.nu.12.f.451. & 454.Tomo 11.Par.1.

Gloriam qui affectant,& crudeles,& atroces sunt, ac perniciosè errant.Iac.Siman.de cathol.inst.tit.47. num.80.fol.186.Tomo 11. Par.secunda.

Inculpatę modum debent iudices adhibere in tormentis.Paris.de Puteo de sindic.verbo,an stetur.numero duodecimo,folio 123. Tom.septimo.

Seuerus.

*SEVERVS corbulo, & inexorabilis Dux etiam in leuioribus delictis.Pet.Bellin.de re milit.titu.vnico, numero 80.folio 361.Tomo decimosexto.

Dicitur,quasi sequẽs veritatem, vel quasi satis verus.Io. Redin.de maiestate Princip.rub.seuerum.nu.1.f.168.T.16.

Et ibi quòd oportet principem esse seuerum.nu.eod.

Esse non debet custos carceris circa carceratos. Paris. de Puteo.de sindic.in verbo,crudelitas.nu.6.f.259.T.7.

*SEX, & triginta iuris significationes a nostris doctoribus afferuntur.Albert.Bolog.de lege iure,& æquitate. cap. 15. nume.9.fol. 305.Tom.1.

*SEXTARIVS quid?Pet.Bellin.de re milit.titul.6. numero 21.folio 356.Tom.16.

*SEXTERTIVS quid?idem Petrus.Bellin.eod.tit.de re milit. tit.2. nu.3.fol.353.Tom.eod.

*SEXTERTIVM in genere neutro quid in se contineat. Ioan. Garsia.Hispa.expens.& meliorationibus.capit.21. numero decimoquarto,fol.329.T.17.

*SEXTI Ælij Peti vita.Bernar. Rutil. in vitis iuriscons.colum.quarta,vbi habes etiam vitam Ælij Peti filij sui.colum.quarta, 144. Tom.primo.

*SEXTI Papirij vita.idem Bernar. Rutil. eod. præcitato loco.col.3. fol.181.Tom.eod.

*SEXTI Pompeij vita. idem Bernar. Rutil. eod. præcitato loco. colum.2.f.150.T.eod.

*SEXTVM iuramentum, an litem veritatis, quod ad probandum ipsam quantitatem debiti.nullo rei dolo agenti defertur. Phan. de Phanut.de iureiurando in litem.P.1. cap.2. nume.8.fol.359. Tom.3.Par.2.

*SEXTVS Cecilius iurisconsultus,qui cum Phauorino Philosopho de legibus.12.tabul.disceptauit, quos libros, & quibus temporibus scripserit. Aymar. Riual.histo. iur. ciuil.lib.5.numero 32. fol.2 .Tom.1.

*SEXTVS Pedius quos libros , & sub quibus scripserit.Aymar. Riual.histor.iur.ciui.lib.5.f.25.nu.45.T.1.

Eiusdem Sexti Pedij vitam habes per Bernar. Rutil. in vitis iurisconsult.col.1.in fi.f.155.T.eod.

*SEXVI vtrique conuenit baptismi vis,secus circuncisio.Marquar. de Susa.de Iudæis,& alijs infidelibus.Par.3.cap.1.nume.67. fol. 61.Tom.14.

*SEXVM fœmineum in pluribus articulis deterioris esse conditionis,non est in iure absurdum, & ibi multa vtilia ad hoc probandum habes.Ascan.Clemens.Amer.de pat.potesta.c.4.nume.17. & 18.fol.100.T.8.P.2.

Sexus casus nominatiui singularis , quid operari possit, & quantum fragilis.

*SEXVS, ætas,animi natura,conditio,fortuna,amictus,risus, & ingressus præstant suspicionem contra reum.Franc. Cas.de maleficijs.Tract.de inditijs præmeditat. &c. cap. 5. num. 3.fol.283. Tom.11.Par.1.

Muliebris admodum fragilis , facilè decipi potest. Paul. Girlan. de sortilegijs.quæst.5. numero sexto,fol.385. Tom. vndecimo, Par.secunda.

In iure peculiari fauore dignus censetur . Ioann. Mauritius.Boll. de restitutione in integrum capitu.375.numero primo, fol.202. Tom.quinto.

Qualitas. Ioann. Coras.de iure ciuili in artem redigendo. cap.23. col.3.fol.80.Tom.1.

Sexus casus genitiui singularis effectus & appellatione, qui veniant, vel includantur.

*SEXVS infirmitas,non calliditas,mulieribus præstat auxilium,Idque non in delictis,sed in ciuilib.causis.Conrad. Brun. de seditio.lib.5.c.3.nu.9.f.133.T.11.P.1.

Vtriusque omnes includuntur appellatione generantis. Nicol.Festas.de æstim. & collect.cap.8. numero vigesimosecundo, folio 193.Tom.12.

Idem de posteris iudicatur.ibid.nu.23.& 24.

Parentes

Source : BIU Cujas

Parentes an veniant appellatione parentum. Iaco.Nouel. de iure prothomiseos.nu.45.& 47.f.25.T.17.
*SEXVVM commixtio periculosa est.Ioan. Franc. Pauin. de visitationibus.q.6.1.P.nu.1.f.183.T.14.

S. I.

De Sicarijs.

*SICARII quomodo puniantur.Paui.de visitat.q.10.2.P.nume.16. fol.211.Tom.14.
*SICARIIS l.Cornelia si mors secuta fuerit venenum amatorium, vel sanatiuum,seu conceptionis,non animo occidendi propinas non punitur.Paul.Grilan.de sortileg.q.11. numero 7.folio 395. Tom.11.Par.2.

De siccis,& siccitate.

*SICCA cambia quæ varijs modis fiunt,an licita sint.Anto. de Rosel.de vsu.nu.69.f.69.T.7.
Quare sicca,& arbori siccę similia dicantur.Frat.Fabia.de Camb. col.4.nu.35.f.413.T.6.P.1.
*SICCITAS insolita est fortuitus casus, & siccitas immoderata causat sterilitatem,vnde si vinea non desiccetur, quis non tenebitur ad solutionem census.Medic. de fortuit. casib.quæst.3.nume.9. fol.213.Tom.7.
*SICCVM cambium damnatum est,etiam si fiat pro subueniendo quem in indigentijs,& pro pio opere faciendo.Io.Bap. Lup.de vsu.§.2.nu.26.f.139.T.7.
Dicitur etiam si verè exerceatur per loca eiusdem prouinciæ, cũ tamen exerceri simuletur per loca diuersarum prouinciarum. ibid.num.27.
Quale sit.ibid.nu.24.

De Sicilia,& eius Regibus.

*SICILIA est de patrimonio.Beati Pet.Gig.de crim. lęsæ maiest.nume.8.q.22.f.40.T.11.P.1.
Est ecclesiæ Romanæ patrimonium.Bertach.de gabel.P.1.nu.10. fol.53.Tom.12.
*SICILIÆ contra inuadentes Regnum Papa duellum permittere posset, quia tales contra Papam crimen lęsæ maiestat. committunt.Gig.de crim.lęsæ maiesta.quæstio.22. numero 9.fol.40.Tomo 11.Par.1.
In Regno seruatur Longobardorum ius.Ioan.Thom.de Marin.de feu.iuris Longobardo.titu.21.num. decimoquarto,fol.154.Tomo 10.Par.1.
Regis Gulielmi conspiratio, & ciuitatum vniuersæ ferè Italiæ contra Federicum Imperatorem refertur a Contra. Brun.de seditio. c.16.nu.20.f.117.T.11.P.1.
Regnum quando,& a quo donatum fuit, & an sit ecclesiæ feudũ. Ioan.le Cirier.de primogenitu.quæst.25.1.lib.numero 9.fol.38. Tom.10.Par.1.
Tenetur in feudum a Pontifice.Hiero. de Mon.de finib.reg.c.28 nu.5.f.339.T.3.P.2.
Rex legitimare,an possit.Ludouic.de Sard.de nat.lib.ac successio. eorum.nu.19.f.38.T.8.P.2.
Super insula exorta guerra inter Regem Carolum, & Regem Petrum de Aragonia, Pontifex cum collegio Cardinalium voluerunt, quod pugnarent insimul cum centum militibus pro quolibet,& victor qui remaneret esset, & dominus illius insulæ, & mortuo in prælio contra Mauros in Hispania Alphonso Rege, Hispanus quidam, qui ei per similis erat facie se Alphonsum esse finxit,& dissimulauit, dissimulans se ob acceptæ cladis dedecus velle ignoto habitu peregrinari, id veritus Alphonsus, qui in Regno successerat,comprehendi cum suspendique mandauit.Gig.de crim.lęsæ maiesta.quæst.22.numero 10.& 11.fol.40. Tom.11.P.1.
Tyranni maioris Dionisij animaduersio in duos iuuenes,qui intercenandum de insidijs eius capiti parandis inter se sermonem habuerunt,refertur ab eodem vbi sup.quæstio.52.numero decimo,folio 45.
*SICILIAM Reges intrantes absque licentia Papæ crimen lęsæ maiest.incurrunt.ibid.q.22.nu.7.f.40.
*SICVLI victi nauali bello fuerunt tempore Petri Polani Ducis trigesimioctaui,qui electus fuit anno domini.1128.& obijt annos 1146.Venetijs.Iul.Ferret.de re naua.lib.12.uu.67.f.348.T.12.
*SYDERVM, & ventorum inuentores fuerunt illi de Egypto,& ipsorum naturam scientes, & docentes propterea nauigando se prudenter rexerunt. idem vbi supra libro octauo, numero secundo,fol.340.
Locorumque notitiam,ac ventorum, & quorumcunque temporũ naturam scire necesse tenentur Nauarei, Pillotæ vulgo nuncupati,& gubernatores nauiũ,vt se,& alios rectè gubernare valeant. ibid.num.1.
*SYDVS apud Hæbreos quid sit. Ioan.Bap.Lup.de vsu.§.3.num.9. fol.115.Tom.7.

De sigillis,& eorum cónsideratione.

*SIGILLA plura habere an possit capitulum, vel populus, vel alius dominus.Bertach.de Episcop.Par.prima,colum.tertia,num.33. fol.315.Tom.decimotertio,Par.secunda.
Per sola subdelegantium subdelegationes probantur. Bartholom. Bellenci.de charitat.subsid.quæstio.111.nume.primo,folio 166. Tom.15.Par.2.
*SIGILLANTIS de voluntate, nisi constet scriptura non probat. Vital.de claus.nume.11.f.400.T.18.
*SIGILLARE an possit cum alieno anulo testis,si ad singillandum ipso careat.Vital.de claus.colum. quarta,nume. 59.fol.392.Tomo decimooctauo.
*SIGILLARI debent nominationes sigillo vniuersitatis.Pet.Rebuf. de nominatio.quæstio. 10.princ. numero 37. fol.313.Tomo 15. Par.secunda.
*SIGILLATÆ & non subscriptæ literæ Episcopi,an faciant fidem. Ioan.de Sel.de benefic.quæst.23.nume.secundo,&7.fol.84.Tomo 15.Par.1.
*SIGILLATIO an possit fieri cum sigillo alieno. Bertach. de Episc. Par.1.nu.28.f.315.T.13.P.2.
Obsignatio,vel consignatio qualiter,& quando fieri dicatur.Negusan.de pigno.& hypothe.Par.secunda,3.memb.5.Par.princ.nume.13.& cuius sit effectus.num. decimoquarto,fol.235.& 236. Tom.6.Par.1.
Seu subsignatio domini,an semper probet inuestituram.Sonsbec. ad vsus feudo.Par.decimaquarta, numero quinto, fol. 162. Tomo 10.Par.2.
*SIGILLI appositio quando præiudicet,& quando non.Vital.de claus.col.4.f.400.T.18.
Consumptio, aut deletio ob temporis antiquitatem instrumenti fidem tollit,& qui de cæteris solemnitatibus. Aymo. Crauet.de antiq.temp.nu.40.f.143.T.17.
Episcopalis redditus,an sit licitus,& an in feudum dari possit.Zasi.de feud.Par. quarta, numero vndecimo, fol.396. Tomo decimo,Par.prima.
Imperatoris sit mentio in tex.in ti.de pace Constan.in capitu.hanc igitur in fin.Restau.Castal.de Imperato.quæst.67.nume.6.folio 48.Tomo 16.
Perditi in casu auctoritas notarij sufficit ad valorem instrumenti. Pet.de Bais.in directo.elect.cap.41.3.Par. numero quinto,folio 402.Tom.15.P.1.
*SIGILLIS cum quinque Episcoporum exceptis clerici peregrini ignoti ad celebrandum non admittuntur,& an talibus sigillis sit credendum.Beat.Anto. de suspensio.capitu.primo,nume.5. fol.342.Tom.14.
Quinque Episcoporum munitæ esse debent literæ clericorum peregrinorum super ordinatione.Pauin. de visitatio.q.6.2.Par.nume.16.f.201.T.14.
*SIGILLO alicuius non statim credendum, sed literas per comparationem examinandus esse dicit.Gamb. de auctor. leg.de late. lib.8.nu.228.f.213.T.13.P.2.
Aliquid accipere simonia est,& tria concurrere debent, vt liceat sacerdoti accipere,& notarius cui de publico est deputatum salarium,nil recipere potest.Redoa.de simo.menta.P.1.c.6.nume. 20.fol.37.T.15.P.2.
An Imperator sicut Papa se appellet seruum seruorum Dei. Restaur.Castal. de Imperato. quæstio.43. numero primo,folio 45. Tom.decimosexto.
Authentico literæ Episcopi sigillatæ, & testium subscriptione, an collationem probent, & fidem faciant etiam contra apostolicũ impetrantem,Ioan.de Sel.de benefic.Par.3.q.23.num.1.6.& 8. fol.84.T.15.P.1.
Bullæ vitia occulta multa sunt.Vital. de claus.nume.septimo,folio 402.Tomo 18.
Communis,vel alterius magni domini, an credatur, & an etiã credatur sigillo Episcopi. Bertach. de episcop.Par.1.nu.20.fol.315. Tom.13.Par.2.
Destinato ad eas debent sigillari nominationes, & vtendum est re ad vsum eius destinata.Pet.Rebuf.de nominatio.q.10.princ.nu. 43.f.314.T.15.P.2.
Domini munitum breue testatum probat inuestituram.Franciscb. Curt.de feud. numero 20.fol. quinquagesimonono, Tomo 10. Par.secunda.
Iure priuati appositio,quando standum sit. Gamb.de authorit.leg. de lat.col.3.nu.229.f.213.T.13.P.2.
Priuato rectoris,nominationes sigillatæ non valent.Petr.Rebuf.de nominatio.quæstio.10.princip.nume.46.fol.314.Tomo decimoquinto,Par.2.
Quando dicatur publicum.Vital.de claus.nume. duodecimo, fol. 400.Tom.18.
Quando munita sit scriptura authentica,& quo casu fidem faciat. Gamba.de authori.leg. de late.lib.8. numero 223. fol. 213. Tomo 13.Par.2.
Quando stetur.Vital.de claus.colum.3.nu.10.f.400.T.18.
Regio instrumentum sigillatum sine notarij subscriptione, non habet executionem paratam. Pet.Rebuf.de nominat.q.10.prin. nu.38.f.313.T.15.P.2.
Requisita quando credantur in literis Episcoporum. idem vbi supra numero 39.
Roborare Rex potest scripturam suam.Ant.Corset.de potesta.Regia.P.4.nu.11.f.138.T.16.
Sine an probent literæ episcopi.Io.de Sel.de benef.P.3.q.23.nu.3. & 8.f.84.T.15.P.1.
Suo Doctor debet munire responsa,& consilia.Anto.Mar.Corat. de elect.opinio.f.226.T.18.
Suo munitas literas legati fidem facere. Gamba. de auctorita. leg. de late.numero 216. libro octauo,fol.213.Tomo decimotertio, Par.secunda.
*SIGILLORVM Regum custodes, aut aliorum dominorum, seu ciuitatum,

Source : BIU Cujas

Index Tractatuum.

ciuitatum, quo nomine vocentur. Nicol. Boer. de custo. claud. colum. 2. nu. 9. f. 382. T. 16.

*SIGILLVM an obliget sigillantem, si non legerit, & sciuerit contempta in scriptum cui sigillum apponit. Bertach. de Episc. P. 1. nu. 20. & 21. f. 315. T. 13. P. 2.

An possit alteri committi, & an habeat vim commissionis. ibidem num. 23. & 24.

Auctoritatis est multiplex, & sigillum Papę Episcopi, & aliorũ dominorum. Bertach. de Episcop. Par. 1. numero 45. fol. 315. Tomo 13. Par. 2.

Authenticum Rex habet cum scriptura solemni, quando aliquid confert, vel donat. Arnulph. Ruze. de iure regal. col. 2. nume. 3. fol. 382. Tom. 12.

Capituli non necessariò apponitur ad decretum electionis per publicam personam confectus. Pet. de Bais. in directo. electio. cap. 41. 3. P. nu. 4. f. 402. T. 15. P. 1.

Commune an authenticet scripturas priuatas, aliàs inualidas. Bertach. de Episcop. P. 1. nu. 31. f. 315. T. 13. P. 2.

Doctoris an dicatur publicum. ibid. nu. 40.

Domini portanti, si quis restituat rem, cuius res est, an restituens liberetur. ibid. nu. 41.

Esse si negetur alicuius, quomodo probetur. ibid. nu. 32.

Furtiuè appositum censeri quando de voluntate aliunde non constet, dicit. Gamba. de auctorit. lega. de late. lib. 8. nume. 231. folio 213. Tom. 13. P. 2.

Generale domini non excusat custodes Roccarum. Troil. Maluit. de canonizatio. sancto. nu. 20. f. 103. T. 14.

Generale portanti domini arcis Castellanus ipsius arcis, an credere debeat. Bertach. de episcop. Par. prima, nume. 35. fol. 315. Tomo 13. Par. 2.

Imperatoris forma eius qualis esse debeat. ibidem numero quadragesimotertio.

Quale, & quomodo esse debeat. Restau. Castal. de Imperat. q. 67. nu. 5. fol. 47. T. 16.

Iudicis an sit necessarium in literis citatorijs. Bertach. de Episcop. Par. 1. nu. 26. f. 315. T. 13. P. 2.

Iudicis est testimonium iudicij. Redoa. de simo. menta. c. 19. nu. 8 fol. 97. T. 15. P. 2.

Legati, si quod a iure priuato appposuerit non pro legato, sed contra legatum fidem facere dicit. Gamba. de aucto. leg. de lat. li. 8. nu. 227. f. 213. T. 13. P. 2.

Multiplex est, & quid debeat continere. Pet. Rebuf. de nominatio. quæstio. 10. princip. numero 40. 41. & 42. fol. 313. Tom. decimoquinto, Par. 2.

Papæ quale debeat esse. Bertach. de Episcop. Par. 1. nume. 43. f. 315. Tom. 13. Par. 2.

Prælati quando fidem faciat. Gamb. de author. leg. de lat. lib. 8. nu. 222. fol. 213. T. 13. P. 2.

Principis substantiale est. Pet. Pecch. de amortizatio. bono. c. 26. nume. 3. f. 325. T. 11. P. 1.

Priuatum non arguere sigillantis voluntatem in eius præiudicium non constito, quod idem sigillum apposuerit per se, vel alium eius nomine. Gamba. de auctor. leg. de lat. lib. 8. nume. 232. folio 213. Tom. 13. P. 2.

Quando est corruptum aut non plenè appareat, scriptura priuilegij antiqui non probat. Aymon. Crauet. de antiq. temp. num. 18. col. 3. fol 141. T. 17.

Quibus casibus sufficiat loco subscriptionis ad arguendum consensum, an necessariò debeat constare esse eius, vel mandato eius, cuius mandato fuit appositum. Aymon. Crauet. de antiquita. tempo. colum. 3. numero quadragesimosexto, fol. 133. Tomo eodem.

Quis si remoueat de literis alterius, an teneatur de falso. Bertachi. de episcop. Par. prima, numero 36. fol. 315. Tomo decimotertio, Par. secunda.

Regium, & ante coronationem, & post sigillum dicitur. Restaur. Castal. de Imperat. quæstio. 67. numero septimo, fol. 48. Tomo decimosexto.

Renouans de literis alterius tenetur de falso. Gig. de crim. lęsæ maiesta. q. 20. nu. 12. f. 39. T. 11. P. 1.

Rescriptorũ, quale esse debeat, & qualis esse debeat effigies Apostolorum ibi sculpta Ioan. de Gras. de rescript. Apostolic. col. 2. nu. 8. fol. 31. Tom. 3. Par. 2.

Scripturam authenticam reddere, & authoritatem præstare dicit Gamba de auctorita. lega. de late. lib. 8, nu. 225. fol. 213. Tom. 15. Par. secunda.

Reddit authenticam, & indubitatam. Troyl. Maluit. de canonizat. sancto. nu. 19. col. 4. in fin. f. 102. T. 14.

Se apposuisse, nisi sigillans dicat, an sufficiat sigillatio. Bertacchi. de Episco. P. 1. nu. 27. f. 315. T. 13. P. 2.

Solum an probet. idem vbi sup. nu. 22.

Sociorum quo vsi sunt mercatores socij durante societate apud quem remanere debeat. ibidem nu. 34.

Subscribentis non sufficit, quãdo requiritur subscriptio de solemnitate, & pro forma Aymon. Crauet. de antiquita. tempo. col. 3. nu. 45. fol. 13. Tom. 17.

Suum teste negante, an dubitetur de viribus testamenti. Rolandi. de testamen. & vltim. voluntatib. rub. 64. numero 5. folio 30. Tom. 8. Par. 1.

Vnius Episcopi noti ad literarum fidem sufficit. Pauin. de visitat. q. 6. 2. P. nu. 17. f. 201. T. 14.

*SIGISMVNDI Imperatoris rumpitur exercitus in Hetruria a Florentinis, & a Venetis insimul confœderatis. Iul. Ferre. de re naua. lib. 12. nu. 149. fol. 351. T. 12.

Signa quæ demonstrent, & operentur.

*SIGNA amoris tria vera esse dicit Cicero, videlicet vniformitas indumentorum, frequentia cibi, & potus, & tertio reuelatio secretorum. Pet. Rebuf. de priuil. scholar. num. decimooctauo, fol. 52. Tom. decimooctauo.

Cęlestia quæ sint. Cardin. Iacob. de concil. lib. 9. artic. 12. nume. 18 fol. 342. T. 13. P. 1.

Capituli, & collegij referuntur ab Horat. Mandos. de priuil. ad instar. gl 2. nu. 11. f. 129. T. 18.

Clericorum, & mulierum nuptarum, referuntur a Marquar. de Susa. de Iudę c. 4. nu. 10. & quod per signa res cuius sit dignoscitur. nu. 11. f. 30. T. 14.

Cognoscendi, an hospitale sit religiosum ponit. Remig. de Gon. de immunita. eccle. ampliat. 17. numero quarto, fol. 94. Tom. decimotertio, Par. 1.

Demonstrant aliquem esse talem. Gondisal. Villadie. de legat. q. 5. nu. 11. f. 280. T. 13. P. 2.

Et argumenta in crimine simoniæ habentur pro plena probatione, sed signa, & argumenta habent plenè probari. Redoa. de simo. menta. P. 4. c. 6. nu. 22. f. 106. T. 15. P. 2.

Et literæ fieri debent in terminis lapideis territoria terminantibus. Hieron. Mon. de finibus regun. cap. 18. numero tertio, fol. 337. Tom. 3. Par. 2.

Falsi testimonij quæ sint. Royas. de hæret. Par. 2. nume. 44. fol. 223. Tom. 11. Par. 2.

Furoris, & demonstrationes, quæ sint. Vant. de nullitatib. ti. de nullita. ex defectu inhabilita. seu manda. nume. decimoseptimo, fol. 399. Tomo 4.

Indicantia collegium, quod præcipua sint, si sindicum facere consueuerint iurare per eum tenere sigillum commune prælatum eligere. Gamb. de auctor. leg. de lat. lib. 3. numero 92. fol. 168. Tomo 13. Par. 2.

Iurispatronatus non habens aliqua, si laicus inuenitur soli præsentationi, sed solum quasi possessionem iuris præsentandi ex consuetudine acquisitam, legatus indubitanter confert. Gamba. de auctorita. lega. de late. libro tertio, nume. 264. fol. 170. Tom. 13. Par. secunda.

Leuia in hæresi sufficiunt ad torturam, ea tamen debent plenè probari. Franc. Caso. de tormen. cap. 6. nume. 3. fol. 312. Tom. 11. Par. secunda.

Maioratus quæ sint referantur a Io. le Cirier. de primogenit. q. 3. 2. lib. nu. 3. f. 42. T. 10. P. 1.

Malæ conscientiæ quæ sint. Paris. de Put. de findic. numero 7. folio 317. Tomo 7.

Maleficij a reo sunt per iudicem petenda ad confessionis verificationem. Franc. Caso. de tormen. cap. 20. numero quarto, fol. 315. Tom. 11. Par. 1.

Meri Imperij sunt furcæ. Gig. de crim. lęsæ maiesta. quæst. 41. nu. 1. fol. 44. Tom. eod. Par. ead. Paris. de put. de findic. col. 2. nume. 8. fol. 257. Tom. 7.

Non portantibus quæ punitio applicetur tempore belli. Mart. Lauden. de Castella. f. 278. T. 16.

Notabiliora debent diuidere territoria, & iurisdictiones. Hiero. de Mon. de fin. regun. c. 17. nu. 1. f. 336. T. 3. P. 2.

Pacis quæ sint. Nicola. Moron. de fide treug. & pace. q. 102. nu. 25. fol. 432. T. 11. P. 1.

Particularia dilectionis quando offensus sit obligatus ostendere inimico. Ludouic. Carbo. de repacificatio. capit. 25. fol. 259. Tomo duodecimo.

Per exteriora quando fieri debeat, aut non debeat reconciliatio. Ludouic. Carbo. vbi sup. c. 26. f. 259. T. 12.

Propter solã vultus, & coloris mutationem denotatur animus sibi malè conscius. Iacob. Siman. de cathol. inst. tit. de tormen. nu. 32. f. 205. T. 11. P. 2.

Publica authoritate constituta significandæ, atque demonstrandæ alicuius singularitatis gratia propriæ auctoritatis sumere non licet, vel eis vti sub pœna. Strac. de mercatu. Par. 2. nume. 93. folio 294. Tom. 6. P. 1.

Quæ sint quibus exercitus dirigitur. Paris. a Put. de re mil. nume. 3. fol. 425. Tom. 16.

Reconciliationis debent esse certa, & concludentia. Pet. Belli. de re mil. ti. 2. nu. 134. f. 370. T. 16.

Quæ sint. ibid. nu. 126.

Si sequantur iniuria præsumitur remissa. ibid. nu. 125.

Septem veræ nobilitatis sunt, & nobilis non tenetur ire pedes, sed equos. Thom. Act. de Lud. Scaccho. q. 6. princ. nu. 15. 24. fol. 177. & nu. 88. f. 179. T. 7.

Simoniæ debent habere aliquam probabilitatem. Redoa. de simo. menta. nu. 23. c. 6. f. 106. T. 15. P. 2.

Terminorum licèt non appareant loca designata, tamen in quibus finiunt territoria dicuntur fines. Hiero. de Mon. de fini. regund. c. 107. nu. 3. f. 38. T. 3. P. 2.

Vel arma domus remanent apud principalem dominum, quia in ipso tanquam in capite stat splendor geniturę. Beat. Io. a Capistra. de vsu. col. 3. nu. 113. f. 109. T. 7.

Signatura de quibus, & a quibus fiat, & facta quid operetur.

*SIGNATVRA ad fauorem reorum seruat, vt præfixi breui termino ad docendum. de attenta. in meritis procedat, & non itur per tres conformes. Hiero. Manfred. de attenta. conclus. 79. fol. 249. Tom. quinto.

Ad partes

Source : BIU Cujas

Ad partes,nisi replicatum sit de commẽda regulis cancellariæ cautum est,& prouisum,vt commenda nunquam intelligatur concessit.Camba.de aucto.leg.de lat.ti.de potesta.lega.in commendan.benef.nu.225.f.181.T.13.P.2.
Adiunctum regulariter non dat.Io.Stafil.sup.commissio.& lite.iusti.nu.5.f.300.T.15.P.1.
An ad possessionem sufficiat.Coras.de benef.Par.4.nume.18.folio 295.T.15.P.2.
An det iudices contra iudices, & executores.Ioan.Stafil.sup.commissio.& liter.iustit.numero 23.& 25.folio 295. Tomo decimoquinto,Par.1.
Attendi debet.Matthe.Brun.de cessio.bono.q.9.princ.num.11.fol. 195.Tom.3.Par.2.
Commissionem sepe variatur.Ioann.Stafil.super commissio.& liter.iust.ti.de rescrip.in for.breu.nume.primo,fol.301.Tomo 15. Par.prima.
Cruce signatus, si moritur antequam arripiat iter pro subsidio terræ sanctæ,vel alterius loci,an consequatur indulgentiam.Ludouic.Bologne.de indulgen.numero 101.& 102.folio 147.Tom. decimoquarto.
Cuius in vim exemplaribus petitis vnum aut alterum conceptum sit cæteris pro denegatis habitis.Gamba.de auctor.leg.de late.libro 8.nu.396.f.213.T.13.P.2.
Cur dicit prouideat protector,vbi materia religionem tangit. Io. Stafil.sup.commissio. & lit. iust.numero 62.fol.292.Tom.decimoquinto,Par.1.
Dat solum de commissione causæ,quando plura narrãtur,de quibus Papa non est instructus.Io.Stafil. sup. commissio.& lit.iust. col.2.nu.27.f.295.T.15.P.1.
De iustitia nunquam statutis derogat, nec datur, quod simul despolio,& proprietate cognoscatur.Ioan.Stafil.sup.commissio.& lit.iust.nu.58.f.292.T.15.P.1.
Est melius apponere illa verba sine præiudicio rei iudicatæ.Ioan. Stafil.sup.commissio. & lite. iustit.colum.3.numero 74.fol. 293. Tom.15. Par.1.
Ex sola beneficij possessorio non apprehenditur,sed literis expeditis.Roffiniac.de benefic.capitu.27.numero tertio, fol. 279.Tomo 15.Par.2,
Possessio capi potest. Pet. Rebuf.de pacific.possessorib.nume.65. fol.543.T.15.P.1.
Generalis an referatur ad contenta in supplicatione. Ioann.de Sel. de benefic.Par.3.quæstio.duodecima,numero 101.folio 75.Tomo 15.Par.1.
Gratiam ex sola Principis præfici remissiuè dictum a Gamba. deauctorita.lega.de late.libro 10.numero 491.folio 230. Tom. 13. Par.secunda.
In commissione restitutionis in integrum fit,prout de iure,nihilominus per ea regulariter retardatur executio, secus si signatura addit parito iudicato. Lancel.de attent.cap.18.num.126.& 127. fol.402.Tom.5.
In commissione signata per placet, in qua est clausula quatenus dignetur oratorem ad appellandum,& appellationem prosequẽdum docto de suo bono iure ex eisdem,actis gratiosè restituere, & causam appellationis committere, &c. impetrans non potest tanquam restitutus appellare infra decem dies a die præsentatæ commissionis,nisi ante de suo bono iure docuerit,& de illo constare iudex declarauerit.Lancel.de attenta.capitu.14.numero 11. fol.386.Tom.5.
Legati ipsius Papæ reputatur. Gamba. de auctor.leg.de late.lib.8. nu.145.f.212.T.13.P.2.
Legatus quod possit dare ipsam per verbum fiat iure cautum nõ est.Gamba.de auctorita.leg.de late.vbi sup.nu.206.
Mediante possessio apprehenditur. Coras.de benefic.num.19.c.1. fol.295.T.15.P.2.
Mandatur sibi in curia Romana, vbi quis impetrat beneficiũ per priuationem alterius ex aliquo crimine quoad priuationem,nisi se inscribat ad pœnam taleonis.Gig.de crim. lesæ maiest.q.1.nume.8.f.49.T.11.P.1.
Non signat aliquid propter quod beneficia perpetuò extinguantur,vel perdant ea clerici seculares.Ioan. Stafil.de grat.expecta. nu.12.f.264.T.15.P.1.
Papæ gratia dicitur perfecta,& solo eius verbo,fit sine aliqua literarum expeditione.Ioan.Stafil.de grat.expectatiu.nu.7. fol.285 Tom.15.Par.1.
Per verbum,fiat, vel per concessum, vt petitur vera præferatur. Gamba.de auctorita.leg.de late.lib.8. numero 203.fol.213.Tomo 13.Par.2.
Per Papam quomodo fiat.Io.Stafil.sup.commissio. & lit.iustit.nume.11.f.297.T.15.P.2.
Perficit gratiam.Roffiniac.de benefic.cap.27.fol.279. Tomo decimoquinto,Par.2.
Placet prout de iure semper concipitur, quando omnia petita nõ sunt concessibilia, vel quando aliquis articulus est dubius in iure,& si committitur causa alicui Cardinali,& postea per Papam committatur alio Cardinali, vltimus Cardinalis cui causa commissa est,non inhibet priori,sed eidem insinuat,seu denunciat commissionem suam,quo facto prior Cardinalis non procedit, id enim habet vim inhibitionis reuerentialiter,& similiter in auditore,cui commissa causa est post Cardinalem, & idem in Cardinale,cui commissa est causaquæ erat commissa auditori.Fran. Hercula.de attenta.capitu.19.numero 29.& 30.folio 273. Tomo quinto.
Prouidet reo in causa attentatorum,vt se valeat a prætensis liberatis attentare succurrere per præfixionem termini ad docendum de illis, & in hoc concedere sibi commissionem.Lancellot. de attenta.q.16.nu.3.f.435.T.5.
Prout de iure,quando fiat.Stafil.sup.commissio.& lite.iust.nu.19. fol.299.T.15.P.1.
Quæ debeant specialiter concedi.Io.Stafil.de grat.expectat.n.14. fol.291.T.15.P.1.
Quamuis sanet defectus ex via nullitatis refectis expensis nunquam tamen sanat defectum ex capite iniustitiæ.Io. Stafil. sup. commissio.& lit.iustit. colum. quarta, numero 40.fol.291. Tomo 15.Par.1.
Quando debeat dicere,quando quis petit admitti ad beneficium ex c.Odoardus.Ioan.Stafil.sup.commissio. & lit.iust.numero 1. fol.294.T.eo.P.ead.
Quando post litem contestatam det adiunctum.ibid. nume.3.colum.2.fol 298.
Quod sola sufficiat non exigit literarum expeditionem. Gig. depensio.ecclesia.quæstio.trigesimaquarta,numero 5.fol.341.Tomo 15.Par.1.
Quomodo aptatur, quando petitur posse experiri literis non confectis.Ioan.Stafi.sup.commissio. & lite.iustit.num.1.col.1. folio 293.Tom.15.P.1.
Fiat,quando agitur de nullitate contra rem iudicatam. Fran.Hercula.de attentat.c.13. nume.13.fol.264.Tom.5.Ioan.Stafil.sup. commissio.& lite.iustit.ti.de rescrip.in for.breu. nume.23. folio 301.Tom.15.P.1.
Quomodo fiat, quando executio sententiæ petitur. Ioann. Stafil. sup.commissio. & lite. iustit. numero 9. fol.297.Tomo decimoquinto,Par.1.
Referendarij est signare commissiones iustitiam, vel gratiam concernentes,sine quorum signatura non a Pontifice, nec a Cardinale signaturæ proposito aliter expediantur. Gamba.de auctor. leg.de late.rit.qualit.lega.se age.debe.& c.num.38.fol.153. Tomo 13.Par.2.
Si competat legato merum & mixtum Imperium in subditos, ac omnimodam iurisdictionem competere dicit. Gamb.de aucto. leg.de lat.lib.8.nu.20.f.211.T.13.P.2.
Solet ad querelam prælati exemptionem quã habet subditus cũ eo litigans ad certum tempus restringere,& durat etiam pendente causa restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam, nisi esset facta executio.Lancellot.de attentat.declarat.4. nume.42. fol.338.Tom.5.
Concedere regulariter commissionem super reuocatione attentatorum prætendentibus contra se fuisse attentatum Lancellot. de attenta.colum.quarta, numero 161.& ibid.folio 456.Tomo eodem.
Delere clausulam positam in commissione attentatorum, quod illa in primis,& ante omnia reuocentur,& ipsa clausula in multis casibus potest supplicanti esse damnosa, vel saltem inutilis. ibid.nu.163.& 164.
In facultate inhibendi addere clausulam præuia matura causæ cognitione, quando est causa grauis, & per inhibitionem impediretur aliqua vniuersalis dispositio,putà concilij. Lancellot. de attenta.c.20.nu.111.f.406.T.5.
Sub sola licentia doctorandi in vrbe datur.Ioann. Stafil.sup.commissio.& lit.iust.ti.de rescript.in for. breu.numero 37.fol. 301. Tom.15.Par.1.
Verbum,vt petitur expressum ad quę referri contingat.Gamba.de auctorita.lega.de late.lib.8.numero 174.fol. 212.Tom.decimotertio,Par.2.
Vicecancellarij potestas in signaturis beneficiorum refertur a Paui.de offi.& potesta.cap.sede vac.q.1.1. Par.prin.num.22.f.415. Tom.13.Par.2.
Viduis, & pauperibus,quare dat commissiones in prophanis.Stafil.de commissio.& lite.iust.numero 17.& limitat.nume. 20.fol. 295.Tom.15.P.1.
Vt intelligatur processus summarius, concessus debet dicere audiat talis,& summariè procedat.Ioan. Stafil.de grat.expectatiu. numero decimosexto,& Vicecancellarius commissiones simplices signat,aut regens cancellariam.nume. 20.& signatura quando dicit,quod procedatur summariè, vel quod procedatur sola facti veritate inspecta, vel vtrumque copulatiuè, quomodo sit procedendum.Ioan.Stafil.de grat.expectat.numero 21.fol.292. Tom.15.Par.1.

Signaturæ, signaturam, signaturarum, & signaturas.

*SIGNATVRÆ ex stylo in reuocatione suspensionis petitorij expẽsæ litis reficiuntur.Ponta. de spol.lib.2. numero 43.capitu.6.fol. 282.Tom.14.
Stylus commissionum in dubio pręsumitur commissio,& non gratia.Ioan.Stafil.sup.commissio.& lite.iust.numero 60.fol.292.Tomo 15.Par.1.
*SIGNATVRAM commissionum nil conceditur,quod merita causæ tangat.Stafil.sup.commissio.& lite.iust.nume.56.fol.292.Tomo 15.Par.1.
Cum clausula summariè non referri,nisi ad processum summariũ per expressionem vnius clausulæ,aliæ omissæ censentur. Gamb. de auctorita lega.de late.lib.8.colum.3.numero 172.fol.212.Tomo 13.Par.2.
Datur nihil executa sententia,si aliquid petitur sup.materia executionis, vel subreptionis monitorij, quod rem iudicatam tangat. Ioan.Stafil.sup.commisio.& lite.iust.colum.2.num.64.fol.292. Tom.15.Par.1.
Placet,multa reijciuntur,quatenus ius quæsitum tollatur. idem vbi sup.col.3.nu.38 fol.295.

SIGNA-

Source : BIU Cujas

Index Tractatuum.

*SIGNATVRARVM in commissionibus varij sunt modi. Io. Stafil.de grat.expectatiu.nu.12.f.291.T.15.P.1.

*SIGNATVRAS Vicecancellarius Papæ extendit eas interpretando Gondisal.Villadie.de orig.Cardina.nu.75.tit. de offic. Vicecancellarj fol.59.T.13.P.2.

Significare,& significata.

*SIGNIFICARE debet legatus diem aduẽtus prouincialibus suis, Gamba.de auctorita.lega.de late.tit. qualit.se gerere debeat legat.in ingres.prouin.nu.1.f.152.T.13.P.2.

Minus videtur propositio erronea,quam hæretica.Ioan.Royas de hæretic.nu 477.f.218.T.11.P.2.

*SIGNIFICATA propositionis,prò, referuntur a Redoa. de simo. menta.capitu.trigesimosexto, numero septimo,fol.85.Tom.15. Par.secunda.

Significatio propria quæ sit,& impropria diuersarum rerum,& verborum.

*SIGNIFICATIO a quibus imposita sit verborum. Stepha. de Federic.de interpretatio.iur.Par.tertia, numero sexagesimotertio, fol.221.Tom.1.

Cum sumitur ex vniuerso,si quid in oratione est falsum, tota locutio præsumitur falsa.Vbert.de Bob.de positio.numero 12.fol.8. Tom.quarto.

Et illa dicitur propria, per quam singula singulis congruè reddun tur.Stepha.de Federic.de interpretatio.iur.Par.3. num.85. folio 221.Tom.primo.

Et intelligitur propria secundum naturam principij, & non postremi.ibid.num.83.

Et quæ a præsenti, & non a præterito, vel futuro denominatur,est propria.ibid.num.81.

Et quæ secundum naturam est, & veritatem, & non secundum fictionem propria est.ibid.nu.75.

Et quæ secundum ius propria dicitur.ibid.nu.78. & quæ est in potiori significatu ibid.num.79.

Etiam est propria illa,quæ a præsenti, & non a præterito,vel futuro denominatur.ibid. nu.81. vbi quod verba quæ semel certam significationem habuerunt ex post facto, aliam recipere non possunt.

Quæ per prius,& non per posterius intelligitur.ibidem num.82. Constan.Roge.de iur. interpretatio.q.2.princip. numero 1.& 2. fol.387.Tom.1.

Propria est illa,quæ cum suo conuertibili æquipollet.Steph. de Federic. de interpretatio.iur.nu.71.f.221.T.2.

Quæ secundum ordinem scripturæ est.ibidem nu.84.

Propria quæ dicatur,& quæ dicatur impropria.Gamba. de extensio.nu.83.fol.253.T.18.

Vocabuli capitur ex diffinitione. Alberti. de agnoscen.assertio.hę retico.nu.7.f.52.T.11.P.2.

Proprior est illa,quæ est secundum grammaticalem rationem.Stepha.de Federic.de interprætatio.iur.Par.3.numero 70.fol. 221. Tom.primo.

Orationis est illa,in qua talia sunt subiecta, qualia prædicata, & omnes casus in oratione positi,quia pariter terminãtur. ibidem nume.90.& 91.

Quando a notatione vocis non accipienda sit.Constan. Roge.de interpretat. iur.q.2.princ.nu.12.f.387.T.1.

Verborum pacti non dat exceptionem reo,sed pactum, quod de necessitate præsumitur ad hoc,vt stipulatio sit inutilis. Bal. de pact.nu.55.fol.6.T.6.P.1.

Propria ex diffinitione inuenitur.Stepha.de Federic.de interpretatio.iur.P.3.nu.69.f.221.T.1.

Vocabulorum propria ex diffinitione est petenda. Constan.Roge. de præstatio.nu 56.col.4.f.226.T.17.

*SIGNIFICATIONE a propria verborum regulariter non est recedendum.Royas de hæretic.numero 382.fol.216.Tomo vndecimo,Par.secunda.

Verborum propria,an sit recedẽdum, vt fauori inseruiatur.Steph. de Federic.de interpretat.iur.Par.septima,numero 57.folio 221. Tom.primo.

Significationem quam vnumquodque habeat.

*SIGNIFICATIONEM angustiorem quid habeat. And.Alciat.de eo quod interest.col.2.nu.33.f.10.T.5.

Certam verba,quæ semel habuerunt ex postfacto aliam recipere non possunt.Steph.de Federic.de interpretat.iur.Par.3.num.81. fol.221.Tom.1.

Quam habeat damnum in diffinitione eius quod interest.Anton. Fume.de eo quod interest.colum.quarta, nume.5. fol. decimoquarto,Tom.5.

Quam habeat præsumere.And. Alc.de præsump. Par.secunda,nume.1.f.305.T.4.

Sumitur interdum pro locare,& conducere verbum emere,& vendere.Fabia.de Mon.de emp. & vend.q.secunda,princ. num.30. fol.40.Tom.6.P.1.

Triplicem habet verbum, mores.Iacob.Ricch.de vnio.prol.c.10. nu.18. fol.29.T.6.

Vide plura infra in verbo,significationis.

Significationis tam verborum, quam dictionum, & aliorum quorumcunque consideratio multiplex,& varia.

*SIGNIFICATIONIS addico vnum ex tribus prætoris verbis dò, dico,& addico.Strac.de assecuratio. Par.prima,numero 9.f.383 Tom.16.Par.1.

Adiectus ab adijcio verbo, descendit, quod plures significationes habet.Strac de adiec. P.1.nu.1.f.383.T.6.P.1.

Audire verbum quid significet, & audientia episcopalis quid sibi velit,& quid auditorium. Strac.de assecuratio.gl.29.num.1.fol. 377.Tom.6.Par.1.

Banchum vulgare verbum quam interpretationem habeat. Strac. de decoctoribus Par.vlt.nume.vigesimoseptimo,fol.328.Tom. eod.Par.eadem.

Barataria,vocabulum barbarũ quid sibi velit,& barattus quomodo puniatur.Strac.de assecuratio.gl.31. numero 1.folio 378.Tomo 6.Par.1.

Casus maris quid comprehendat.Stracch.de assecurat.gl.16.nu.1. fol.375.T.6.P.1.

Casus fortuitus quid sit.ibid.gl.22.nu.1.f.376.

Clausula,vendidit,cessit, & concessit in venditione apposita cuius effectus sit.Fabia.de Mon.de emp. & vendit.num.82.fol.56.Tomo 6.Par.1.

Conditio verbum quid significet.Stracca.de proxenet.P.2.nu.64. fol.339.T.eo.P.ead.

Curta nomen quid significet,relatiuè ponit idem Strac. quo in casu mercator procurator.tit.numero 54.folio 332.Tom. eodem Par.eadem.

Dictio vel,est implicare diuersa.Pet.Santer. de assecuratio.P.4.nu. 27.f.354.T.eo.P.ead.

Plurisve non infinitam pecuniam continet, sed modicam. Strac. de adiec.P.vlt.nu.34.f.404.T.6.P.1.

Dictio nullo modo,quid significet. Strac.de decoctorib.Par.6.nume.28.f.323.T.6.P.1.

Pro rata quid significet.idem vbi sup.Par.vlt.nu.18.f.328.

Quodque,an sit implicatiua sequentium.Santer.de assecurat.nu. 15.Par.1.f.348.T.eo.P.ead.

Seu,quid denotet.Strac.de adiec.num.31.vbi quod significationi vocabuli standum est regulariter,& quare Par.1.fol.384.Tomo eod.Par.ead.

Dictio, supra, quot modis accipiatur pulchrè declaratur a Strac. de assecuratio.gl.8.nu.1.f.366.T.6.P.1.

Dictio tollit nullo modo potestatem dispensandi. Georg. Natan. de pact.nu.51.f.32.T.6.P.2.

Vt supra,est repetitiua precedentium.Strac.de adiect.num.8.fol. 401.Tom.6.P.1.

Dictiones quoque, & aliæ aliquando stant impropriè. Santer. de assecuratio.P.1.nu.25.f.349.T.6.P.1.

Dictionis,per,natura,seu quibus modis dictio hęc accipiatur, relatiuè ponit.Strac.dę proxenet.num.secundo, col.4. in med.folio 245.Tom.6.Par.1.

Focus quid sit,& quid sit focaria,& focarij.Strac.de assecurat.ti.de foco.nu.1.f.375.T.6.P.1.

Generalia verba restringenda sunt, salua ratione recti sermonis, nequis videat iactare suum.Strac.de decoctorib.Par.6. num.25. fol.323.T.6.P.1.

Generalitas verborum periculum sępè generat.Strac.de assecurat. glo.15.nu.14.f.375.T.6.P.1.

Ignis periculum, & eius appellatione quid veniat. ibid. nume.secundo,fol.373.T.1.

Impedimentum,& impedimenta quæ dicantur.Strac. de assecuratio.gl.25.nu.1.f.376.T.eo.P.ead.

Impostores qui sint, & quid impostoram facere significet, declaratur a Strac.de decoctorib.Par.7.& vlt.num.20.fol.324. Tom. eod.Par.ead.

Natura naturam, & natura naturata declarantur, & pulchra de eis referuntur a Strac.de assecutatio.gl.27.numero 3.fol.377.Tomo 6.Par.1.

Nomen alea,omnem ludum comprehendit magna ex parte in fortunę prauitate consistentem,& alia significat.Strac.de assecurat. col.3.nu.13.f.358.T.6.P.1.

Nomen disastrum,quid sibi velit. Stracca de assecuratio.gl.23.nume.1.f.376.T.6.P.1.

Nomina vulgaria a communium loquendi interpretationem recipiunt,& ad similia latina confugiendum est.Strac. de assecurat. gl.16.nu.2.fol.375.T.6.P.1.

Officina nomen quid significet.Strac.de proxenet.nu.1. Par.2.fol. 338.Tom.6.P.1.

Particulæ cum natura relatiue ponit. Strac. de adiec.q.4. nume.31 fol.309.T.6.P.1.

Particulęve,significatio.Strac.de adiec.ibid.nu.2.

Philantropum,& philantropia quid significet.Strac.de proxenet. nu.15.f.338.T.6.P.1.

Plumbatura quid sit,& quid ferruminatio.Strac,de decoctoribus Par.tertia,nu.5.f.317.T.6.P.1.

Præpositio ad accessum ad terminum, non ingressum significat, secus verò præpositio in.Strac. de adiect.nu.secundo, Par.1.fol. 383.Tom.6.P.1.

Promissio de pręstando,seu,vt vulgo dicitur,farla bona,seu de star de le dette quid in se contineat declaratur. Strac.de assecuratio. numero 72.folio 362.Tom.6 P.1.

Promittens facere restaurum,quod faciet Titius,quid hoc verbo, contineatur,& quid si Titius non fecerit.idem vbi supra numero septua-

Source : BIU Cujas

ro ſeptuageſimoprimo,folio 362.
Promittens far il douere quid dicatur promiſiſſe. Stracca de aſſecuratio.nu.70.fol.362.T.6.P.1.
Capientem poſſeſſionem beneficij ſine licentia, non comprehendit eum, qui acceſſit vſq; ad hoſtium beneficij, & deinde abſq; eo, quod poſſeſſionem ceperit, retroceſſit metu armatorum, qui intus erant. Robert. Lancellot. de attent. P. 2. cap. 4. ampliatione. 10. nu. 5. fol. 300. Tom. 5.

Certa pœna, eum, qui mulierem nuptam cognoſcit, habet etiam locum in cognoſcente monialem. Rainal. Corſ. indagatio. iur. lib. 2. c. 23. nu. 6. f. 284. T. 1.

Facientes rumorem in ciuitatem, ſi quis aliquem percutiendo, rumorem oriri fecerit, nõ tenebitur pœna ſtatuti prædicti. Hier. Gigas. de crimi. lęſæ maieſt. quæſt. 17. numero 3. fol. 38. Tom. 11. Par. prima.

Comburentem domum locum habet in comburente domunculam. Albert. Brun. de ſtat. articu. 9. numero 109. folio 221. Tomo ſecundo.

Committentem maleficium extenditur ad mandantẽ. Lanfranc. de Oria. de ſtat. interpræt. nu. 50. f. 393. T. 2.

Debilitantem membrum an comprehendat abſcindentem inutile. Bald. de ſtat. verbo. membrum. nu. 5. f. 130. T. 2.

Delicta regulariter, an liget delinquentem extra territorium. Io. Bertachi. de Epiſco Par. 2. numero 51. & 52. fol. 328. Tom. decimotertio, Par. ſecunda.

Delictum ligat ignorantes in delicto. Bald. de ſtat. verbo. ignorantia. nu. 5. fol. 119. T. 2.

Diffamatores, quomodo intelligatur, & diffamare, quotupliciter contingat. Bald. de ſtat. verbo. diffamare. numero primo, & 3. fol. 107. Tom. 2.

Eum, qui detinet liberum, qualiter intelligatur. Albert. Brun. Aſtenſ. de permanentibus. &c. nu. 5. f. 395. T. 17.

Euntem de nocte abſque lumine, an comprehendat fœminam. Ioann. le Cirier. de primogenit. articu. 5. numero 4. fol. 49. Tom. 10. Par. prima.

Euntes de nocte, an puniat itidem repertum ſedere de nocte. Alberic. a Roſat. de ſtat. Par. 2. quæſtio. 231. numero primo, fol. 54. Tom. 2.

Excipientem mandantem prouocatori, vt excipiat, comprehendit. Pet. And. Gamb. de extenſionibus. numero 67. fol. 252. Tom. decimooctauo.

Facientem inſultum in domo, non punit facientem inſultum in portico. Roland. a Valle. de dote. quæſtio. 106. numero 29. folio 393. Tom. 9.

Non habet locum in conſulente. Bartho. Tægij. tract. crimi. Par. 11. nu. 18. fol. 17. T. 11. P. 1.

Fugientes e carcere, an comprehendat latitantem, vt fugiat. Bald. de ſtat. verbo. carcer. nu. 6. f. 96. T. 2.

Ex carceribus, non comprehendit fugientes, qui ſtatim redierunt. Franc. Brun. de indicijs & tortura. numero 287. folio 275. Tom. 11. Par. 1.

Hæredem contrauenientem inſtrumento defuncti, an comprehendat hæredem hæredis. Bald. de ſtat. verbo. hæres. numero 2. fol. 119. Tom. 2.

Homicidam in centum, an habeat locum contra ſubditum delinquentem etiam extra territorium. Io. Bertachi. de Epiſco. Par. 2. nu. 46. fol 328. T. 13. P. 2.

Homicidium, an includat abortum. benedict. de Barzijs. de filijs non legitimè. natis. §. de ventre concepto. num. 8. fol. 31. Tom. 8. Par. ſecunda.

An verificetur in conſulente homicidium committi. Bartho. Tægij. Tract. maiorat. Par. 11. rub. de conſil. numero 26. fol. 17. Tom. 11. Par. 1.

Illos de domo, non comprehendit baſtardos. Bald. de ſtat. verbo. baſtardus. nu 1. fol. 94. T. 2.

Propter aliquem acceſſum, an comprehẽdat baſtardos. Iac. Nouel. de iure prothomiſeos. § 2. nu. 56. f. 32. T. 17.

Qui vadunt de nocte ſine lumine poſt ſonum talis campanæ, an comprehendat illos, qui vadunt de nocte in die veneris ſancti, quo tempore non pulſantur campana. Bartho. Tægij. tract. crimi. Par. 16. nu. 6. fol. 21. T. 11. P. 1.

Et an huiuſmodi ſtatutum extendatur, vbi campana non poteſt audiri. ibi. nume. 7.

Inſultum, fœminam comprehendit perinde. atq; virum. Bald. de ſtat. verbo. inſultus. nu. 1. f. 121. T. 2.

Interficientem an comprehendat mandantem. Bald. de ſtat. verbo. interficiens. nu. 1. f. 123. T. 2.

Iudicem non facientem condemnationem, intelligitur, ſi fuit requiſitus. Hier. Gigas. de penſionib. eccleſiaſt. quæſt. 77. nu. 5. fol. 357. Tom. 15. Par. 1.

Mulieres portantes perlas, non habet locum in ea quæ portat fictas. Georg. Natta. de ſtat. q. 3. nu. 12. f. 253. T. 2.

Negligentiam, eſt cõforme cum iure communi. Ioan. Bapt. Boui. de ſtatuta. vrb. præſcriptione. glo. 2. nu. 2. f. 177. T. 17.

Occidentem aliquem quouismodo, & qualitercumq; comprehẽdit homicidam nõ doloſum. Hier. Gigas. de penſionibus eccleſiaſt. q. 19. nu. 4. & q. 28. nu. 15. fol. 337. & 340. Tom. 15. P. 1.

Quouismodo, & qualitercumq; quomodo intelligatur. Io. de Selua de benef. P. 3. q. 11. nu. 45. f. 66. T. 15. P. 1.

Offendentem officialem, intelligitur durãte officio. Paris. de Puteo. de ſyndic. verbo. officialis. nu. 2. 13. & 14. f. 263. T. 7.

Officialem, intelligitur non ſolum durante, officio, ſed etiam intra tempus intra quod ſtare tenetur ad ſyndicatum, & ſyndicatu finito, intra quod præparat ſarcinulas, quis ad receſſum. Paris. de Puteo. de ſyndic. verbo. officialis. finito officio nu. 3. f. 235. T. 7. & Catald. de Boncomp. de ſyndic. nu. 15. f. 351. T. eod.

Offendentes oculos cuiuſquàm, non habet locum in cęco. Bald. de ſtat. verbo oculus nu. 1. f. 132. T. 2.

Pecunialiter clerici percuſſorem, an validum. And. Barbat. de præſtantia Card. quæſt. 9. Baſilica. primæ. Par. nume. 3. fol. 82. Tom. 13. Par. ſecunda.

Percutientem cum ſanguine, quomodo ſit accipiendum. Bald. de Bat. verbo. concordia. nu. 1. f. 100. T. 2.

In domo ſua an habeat locum in percutiente in domo communi. Bald. de ſtat. verbo. vulnerare. nu. 1. f. 153. T. 2.

Plura, intelligitur punire, quodlibet per ſe. Bald. de ſtat. verbo. pęna. nu. 32. fol. 135. T. 2.

Delicta, quomodo ſit intelligendum. Bald. de ſtat. verbo, plura delicta. nu. 1. fol. 139. T. 2.

Portantem perlas, intelligitur, ſi portat veras, non fictas. Roland. a Valle. de dote. q. 95. nu. 6. f. 387. T. 9.

Præſtantem auxilium, & fauorem delinquenti, comprehẽdit etiã mutuantem ei pecuniam. Hier. Gigas. de crim. lęſæ maieſt. q. 34. nu. 2. fol. 42. T. 11. P. 1.

Producentem falſos teſtes, locum habet in producente vnum tãtum. Georg. Natta. de ſtat. q. 3. nu. 28. f. 254. T. 2.

Falſa inſtrumenta, an extendatur ad producentem falſos teſtes. Alberic. a Roſate. de ſtat. lib. 1. quæſtio. 186. numero primo, fol. 27. Tom. 2.

Falſos teſtes, an comprehendat producentem vnum tantum. Iac. Butrigar. de teſtium contrarietate. nume. decimotertio, fol. 63. Tom. 4.

Proponentem collectam, an proponens eam tempore guerrę, vel peſtis ſit puniendus. Hier. Præuidel. de peſte, & eius priuileg. verbo. Bald. & Angel. in l. diuus. nu. 1. f. 184. T. 18.

Receptantem fugitiuum, in quibus locum ſibi vendicare poſſit. Io. Bapt. Caccialup. de debitore ſuſpecto, & fugitiuo. q. 10. nu. 3. fol. 153. Tom. 3. Par. 2.

Turbantem aliquem in poſſeſſione in pœna 150. librarum, & reſtitutionem poſſeſſionis ablatæ, in quo non habeat locum. Ioan. Bertachi. de Epiſcopis. lib. 2. quæſtio. 1. nume. 36. fol. 309. Tom. 13. Par. 2.

Turbantes, vel turbare volentes ſtatum ciuitatis, intelligitur principaliter, nõ ſecundario. Hier. Gigas. de crimi. lęſæ maieſt. quęſt. 17. nu. 1. fol. 38. T. 11. P. 1.

Verberantẽ, non procedit cum pugnis Nic. Moron. de fide. treug. & pace. q. 173. nu. 2. f. 452. T. 11. P. 1.

Vnum delictũ, & aliud præſupponens illud non continet in quo delictum præſuppoſitum verificatur. Catald. de Boncompag. de ſyndic. nu. 140. f. 358. T. 7.

Vulnerantem, an habeat locum in tangente tantum, & laniante pannos. Bald. de ſtat. verbo. vulnerare. numero tertio, fol. 153. Tom. ſecundo.

Punit in duplo facientem inſultum ad domum alicuius, iſte genitiuus (alicuius) ſignificat non modò dominium, ſed etiam habitationem. Bald. de ſtat. verbo, inſultus. numero quinto, fol. 121. Tom. ſecundo.

Qua rattione non obligat eccleſiaſticas perſonas, eadem, lex Imperialis non obligat niſi per eccleſiam recipiatur. Laur. de Palat. de ſtat. nu. 104. f. 277. T. 2.

Quam interprætationem admittat. Alberic. a Roſate. de ſtat. lib. 1. q. 153. nu. 11. f. 25. T. 2.

Quamquam debeat nullam recipere interprætationem, non tamẽ intelligitur excluſa interprætatio paſſiua. Albert. Brun. de ſtat. art. 5. nu. 111. fol. 173. T. 2.

Quamuis diſponat, quòd inſtrumenta guarentigiata per debitoris carcerationem & omnimodo, quo creditori placuerit, executioni mandantur, debitor tamen bonis cedere poterit, ne in carcerem detrudatur. Matthæ. Brun. de ceſſio, bonorum. q. 3. nu. 4. fol. 180. Tom. 3. Par. 2.

Durum, ſeruandum eſt, maximè, ſi iuratum fuit. Alberic. a Roſate. de ſtat. lib. 1. q. 129. nu. 2. f. 18. T. 2.

Non publicatum, ligat, ſi ſit in volumine ſtatutorum inſertum. Guliel. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. verbo. item ex præmiſſis. nu. 18. fol. 481. T. 15. P. 2.

Quando aliquid non dictat, nec nos dictare debemus. Roland. a Valle. de dote. q. 86 nu. 2. f. 384. T. 9.

Quod declara, vt ibi. nu. 8.

Corrigit ius cõmune, non debet extendi ad perſonas non expreſſas. Laur. de Palat. de ſtat. nu. 47. f. 275. T. 2.

Dat laudo executionem, petens reductionem, videtur in effectu ab executione appellare. Robert. Lancellot. de attent. Par. 2. c. 16. nu. 38. fol. 393. Tom. 5.

Optionem præſentibus tantum, an abſentes ad ſeruitia eccleſię, vel Papę comprehendantur. Hier. Gigas. de penſionibus eccleſiaſt. q. 63. nu. 16. f. 353. T. 15. P. 1.

Dicatur contra eccleſiæ libertatem. Io. le Cirier. de primogenit. q. 24. primi libri. nu. 25. f. 36. T. 10. P. 1.

In rem, & quando in perſonam. Bald. de ſtat. verbo, ſtatuere. nu. 35. fol. 149. Tom. 2.

Recipere interpretationem a iure communi. Io. Bertachi. de Epiſcopis. P. 5. lib. 4. nu. 44. f. 349. T. 13. P. 2.

Source : BIU Cujas

Index Tractatuum.

Dicit de dote promiſſa, vir non lucratur dotem fictam. Phan.de Phan.de dote.gl.10.nu.12.f.439.T.9.

Quòd ſtetur ſacramento actoris, an ſit neceſſaria iudicis delatio. Phan. Phanut.de iureiuran.in litem. Par.2.c.1.nu.9.fol.368. Tom.3.Par.2.

Simpliciter quòd filia dotata nõ ſuccedat, ſed quod nullum regreſſum habeat,&c. an videatur filia non ſolum excluſa a iure ſuccedendi, ſed etiam a iure cõſequendi eſſentialiter portionem ſuam.Georg.Natta.de ſtat. quæſtio.2. numero 86.88.& 89.folio 251.Tomo 2.

Et ibi,quòd aliud eſt excludi a ſucceſſione, & aliud a iure conſequendi.ibid.nu.87.

Emanat ad corrigendum ius commune, recipit reſtrictiuam interpretationem per ius commune.Bal.de ſtat.verbo,inſtrumentum.nu.15.f.122.T.2.

Eſt contra regulas iuris communis,caſus nouus occurrens,ſi abrogat legem communem,quomodo diffiniri debeat. Steph.de Federic.de interpret.iur.P.vlt.nu.76.f.224.T.1.

Excludit certas perſonas ſimpliciter,& ſine aliqua qualitate, quæ fœminæ videantur excluſæ.Albert.Brun. de ſtat.art.6.nume.87. fol.181.Tom.2.

Mulierem propter plures qualitates,an ſit neceſſe eas omnes cõcurrere.Albert.Brun.de ſtat.articu.ſexto,numero 321.folio 194. Tom.ſecundo.

Nepotem ex filia,videtur factum fauore agnationis,ſed ſi nepotem ex filia admittat,videtur factum in odium ſexus.Ioan.Campeg. de ſtat.q.4.nu.35.f.265.T.2.

Exorbitans requirit plura,debent omnia interuenire, tanquàm de ſubſtantia,& forma.Albert.Brun.de ſtat.art.12.nume.12.fol. 226.Tomo 2.

Filiam excludit temporaliter,vt quia dicit donec, & quouſque maſculus ſuperuixerit,an tunc filia perpetuò ſit excluſa.Albert. Brun. de ſtat.art.10.nu.66.f.215.T.2.

Fœminam proximiorem ab inteſtato, ita vt ab inteſtato ſuccedere non poſſit,ſi maſculus hæreditatem adit ex teſtamento inutili,an ſibi præiudicet.Albert.Brun.de ſtat.artic.13.num.20.folio 244.Tomo 2.

Loquitur de filijs,naturales non dicuntur ex propria ſignificatione filij.Albert.Brun.de ſtat.artic.duodecimo,nume. 2.fol.226. Tom.ſecundo.

Simpliciter de dote lucranda,tũc ſtatutum procedat in promiſſa.Phan.de Phanut.de dote.verbo, reſtituenda.nume.decimonono,fol.419.Tom.9.

Simpliciter,licèt recipiat interpretationem a iure communi, tamen fallit quando ſtatutum procedit vlterius faciendo aliquas exceptiones, quia tunc non habet locum ius commune, ſed ſtatuto ſtare debemus in caſibus non exceptis ab ipſo ſtatuto.Rol. a Val.de dote.q.32.nu.7.f.364.T.9.

Mitigaret, aut corrigeret ius commune in caſu maioris exceſſus, an dicatur corrigere in caſu minoris.Laur.de Palat.de ſtat.num. 121.f.277.T.2.

Requirit certam ſolemnitatem,qua non adhibita,diſponit,vt inſtrumentum nullam faciat probationem,iuramẽtum nihil operatur.Octau.Simoncel.de decret.titu.octauo,numero 158.folio 327.Tom.6.P.2.

Teſtes omni exceptione maiores, vel probatæ vitæ huiuſmodi qualitates debent probari.Barth.Tægij tract.crim.de perſona. Par.14.nu.17.f.19.T.11.P.1.

Stat de compromiſſis faciendis,cauſa incidens eſt compromittenda,quando cauſa principalis erat compromiſſibilis.Robert.Lancel.de attent, P.3.c.28.nu.134.f.449.T.5.

Secus ſi cauſa principalis non fuiſſet compromiſſibilis . ibidem numero 135.

Tollit executionem contractus, vel annullat illum.Iul.Ferret. de gabel.vectig.&c.nu.327.f.88.T.12.

Obſtaculum perſonæ habilitando aliquem non porrigit effectũ extra territorium vbi viget ius commune,& ibi talis perſona nõ ſolet eſſe habilitata. Albert.Brun.de ſtat.art.10. numero 59.fol. 219.Tom.ſecundo.

Tractat de commodo filiorum,in dubio non videtur ſentire de naturalibus.Albert.Brun.de ſtat.artic.6.numero 65. fol.180.Tomo ſecundo.

Veniat in præiudicium libertatis eccleſiaſticæ. Aymo.Crauet. de antiquitate tempo.verbo.circa præmiſſa.num. decimoſeptimo, fol.173. Tom.17.

Vocat aliquos maſculos tantum,putè patruos,vel fratres,non expreſſa certa ratione, an illa coniecturanda ſit generalis, an verò reſpectiuè ad perſonas nominatas.Albert.Brun.art.13. num.19. fol.168.Tom.2.

Quantum ad ius fori in ordinarijs iudiciorum etiam inter forenſes inuicem litigantes ſequi debet.Bal.de ſtat.verbo.iudex.num.11 fol.124.Tom.2.

Quantumcumque ſit generale,non continet perſonas, quæ non ſunt de iuriſdictione conſtituentis.Bermon. Chouer.de public. concub.rub.vel alterius præeminentiæ fuerit.nume.5.f.163.Tomo 11.Par.1.

Quantumuis ſtrictum, recipit interpretationem a iure communi.Alberic.a Roſ.de ſtat.quæſtio.57. lib.1. nume.decimotertio, fol.11.Tom.2.

Quibus poteſt derogare ſolemnitatibus legum.Ange.de Gambel. de teſtamentis.in prin.nu.17.f.32.T.8.P.1.

Quid?Alberic.a Roſ.de ſtat.lib.1.q.1.nu.1.f.2.T.2.

Et ibi etiam traditur duplex eſſe ius municipale.nu.2.

Et vnde dicatur.ibid.nu.6.

Quid,decernens habentib.domum, an comprehendat inquilinũ. Alberic.a Roſ.eo.ti.de ſtat.lib.1.q.131.nu.1.f.18.T.2.

Quid ſit.Phil.Franc.de diſputatione petitorij.vlt.dub.nu.80.f.332 Tom.3.Par.2.

Quò ad loci ſubditos,vbi viget,apoſtolici vim habet.Damhou.de tuto.& curat. patroc.pupil.capitu.9. numero 119.folio 368. Tomo 8.Par.2.

Quò cauetur bannitum poſſe impunè occidi,an valeat.Nel.a San. Gemin.de bannit.1.P.ſecundi temp.numero 1.fol.365.Tom.11. Par.prima.

Et quid de ſtatuto alio, quo cauetur querelas bannitorum non debere audiri.ibid.nu.2.

Et de alio ſtatuto,quod facit dominus.ibid.nu.1.

Quo diſponitur, ſtandum eſſe iuramento intelligitur ſemper de re vero ſimili.Phan.de Phan.de iureiur.in litem.P.3.c.2.nu.17. fol.391.T.3.P.2.

Quo mulier prohibetur contrahere ſine conſenſu alicuius non habet locum in teſtamento, vel in contractu ad pias cauſas. Paris.de Put.de reaſſump.inſtrum.rub.9.nume. quinto,fol.138. Tom.quarto.

Quo non licet aſcendentibus vltra tertiam in teſtamẽto extraneis relinquere,donationem etiam cauſa mottis complectitur. Lancellot.Gallia.de ſtat.quæſtio.ſeptima,numero 109.folio 320.Tomo ſecundo.

Quo permittitur vaſallis alienare feudum ſine licentia domini, an validum ſit.Iac.de S.Georg.de feud.in verbo,& cum pacto de non alienando.nu.15.f.198.T.10.P.1.

Quòd accuſatori credatur de damno dato, vel alio crimine,non comprehendit infamem, infamia facti.Hier.Gig.de crimin.lęſæ maieſt.q.7.nu.8.f.62.T.11.P.1.

Quòd actio perſonalis realis, vel mixta tollatur ſpatio.30.annorũ, vel minori,quomodo ſit interpretandum.Io.Franc.Balb. de prę ſump.q.14.prin.nu.2.f.68.T.17.

Quòd agnati excludant fœminas, an præiudicet monachæ tempore ſtatuti factæ.Io.le Cirier.de primogen.q.11.ſecundi lib.n.10. fol.55.T.10.P.1.

Quòd agnatus poſſit redimere rem venditam extraneo,an habeat locum in permutatione, & ibi, quòd extenſio etiam in odioſis procedit de ſtricto ad latam ſignificationem.Pet. And. Gamba. de permutat.benef.nu.69.f.211.T.15.P.1.

Quòd arctat partes ad compromiſſum, vtrum minores includat. Io.Maurit.Bol.de reſt.in int.c.291.in prin. & nu.1.vbi quòd non fol.187.Tom.5.

Quòd bannito denegetur audientia in criminalibus,an eidem tollat ius agendi ipſo iure.Io. Anto. Rubeus Alex.de poteſta.procu.&c.nu.357.f.213.T.11.P.1.

Quòd bannitus habeatur pro conuicto,& confeſſo, quomodo accipiendum,&an,& quando debeat haberi pro confeſſo, & conuicto.Bal.de ſtat. verbo.bannitus.nu.9.& 10.f.92.T.2.

Non comparens intra ſeptem dies,tanquàm conuictus,& confeſſus condemnetur,non poteſt fictionem inducere, per quam deuoluatur appellatio ad ſuperiorem. Bal.de ſtat.verbo.confitens. nu.2.f.101.T.2.

Non ſit receptandus in caſtris, vel villis, an comprehẽdat domũ, quæ non eſt in caſtro, vel villa. Alberic.a Roſ.de ſtat.lib.4.q.102. nu.1.f.85.T.2.

Non ſuccedat,an intelligatur ita,quòd,nec ei ſuccedatur. Bal. de ſtat.verbo.bannitus.nu.30.f.93.T.2.

Poſſit impunè offendi,concernit publicam vtilitatẽ.Sebaſt.Vant. de nullita. rub. quis poſſit dicere de nullitate. numero ſeptimo, fol.375.Tom.4.

Occidi,valet.Pet.Foller.de contrac.cenſuarijs.verbo.Nic.nu.31 fol.125.T.6.P.2.

Pro confeſſo habeatur, debet intelligi quò ad ea, quæ in banno intentata ſunt.Steph.de Federic.de interpret.iur.P. vlt.num.87. fol.224.Tom.1.

Pro homicidio,pace habita, ſit liberatus a banno, an porrigatur ad bannitos etiam in poſterum. Bal. de ſtat.verbo.bannitus.nume.69.f.94.T.2.

Qui ſatiſdat,non occidatur,an trahatur ad eos,qui poſt ſtatutum ſunt banniti. Alberic. a Roſ. de ſtat.lib.4.quæſtio.57.numero 1. fol.75.Tom.2.

Rebanniatur,eſt legitimè interpretandum.Bald.de ſtat.verbo,interpretatio.nu.17.f.124.T.2.

Quòd bona debeant deguſtari,an valeat.Alberic.a Roſ.de ſtat.libro 3.q.3.nu.1.f.55.T.2.

Quòd capiens bannitum fiat eius dominus,an valeat.Bald.de ſtat. verbo.bannitus.nu.34.f.93.T.2.

Quòd cauſæ compromittantur inter propinquos, & affines, non includit virum,nec vxorem.Bal.de ſtat.verbo,affines.numero 1. & 5.fol.87.T.2.

Quòd cenſeatur totum parrimonium mulieris datum in dote, reſtringitur ad bona quæ tempore nuptiarum mulier habebat. Phan.de Phan.de dote.gl.10.nu.13.16.& 17.f.439.T.9.

Sed ſi ea bona vir nunquàm poſſedit, effecta dotalia non dicentur.ibid.num.14.

Quòd certas tantum perſonas artem aliquam, ſeu exercitium facere iubet,reliquas verò vetat,improbatur.Benuen.Strac.quomodo in cauſis mercat.procedendum ſit.1.particula.vlt.P.prin.nu. 20.f.330.T.6.P.1.

Quòd certis conditionibus fratrem decoctoris pro decoctore obligatum iubet quomodo intelligatur relatiuè.Benuen. Strac. de decoctorib.P.4.nu.19.f.319.T.6.P.1.

Quòd ceſſio fiat cum dedecore,an valeat. Pet.Bellin.de re mili.tit. vnico,de ſaluiſconductib.nu.41.f.363.T.16.

Quòd clerici, qui pro patrimonialibus collectas ſoluere recuſant, non audiantur, iure naturæ valet. Ægid. Thomati. de collect.in prin.nu.13.f.101.T.12.

Subſint

Source : BIU Cujas

Subſint laicis,non valet,neque conſuetudo. Cornel. Beninc. de pauperta. & eius priuileg. quæſtio. octaua. numero 56. folio 158.Tom.18.
Quòd collecta imponi non poſſit, limitatur, niſi magna ſuperueniat neceſſitas.Steph.de Fedric.de interpretatio.iur. P.1.nume. 137.fol.213.T.1.
Quòd collegiatus pro aduentu in collegium, aliquid alijs ſoluat, putà prandium,valet.Pet.Rebuff.de priuileg.ſchol.priuileg.89. nu.2.fol.48.T.18.
Quòd comitatenſes ad ciuitatem recepti non habeant priuilegium ciuitatis,niſi ibi continuè habitauerint, quomodo intelligatur.idem.Pet.Rebuff.eodem titu. priuileg.23. nume. 4. folio 39.Tom.eod.
Quòd communitates teneantur emendare, & reſarcire damna illata in ſuis territorij,an valeat.Alberic.a Roſa.de ſtat. P. 1.q.47. nu.6.fol.9.Tom.2.
Quòd conſortes teneantur pro conſorte delinquente, an tollerandum. Baldus. de ſtatut. verbo, conſortes. numero 3. folio 103. Tom.ſecundo.
Quòd conſulibus in cauſis mercatorum tribuit iuriſdictionem, an ad hæredes mercatorum, qui tamen mercatores non ſint, porrigatur. Benuenut. Stracch. quomodo in cauſis mercat. proced.ſit prima.partic.vltima Par.princip.nume.44.fol.331.Tom. 6.Par.prima.
Mercatorum cognitionem,quæ a guarentigia proficiſcitur, prohibet,quomodo intelligatur.Benuenut.Strac.eod.titu.& partic. num.47.fol.T.& P.eiſd.
Quòd contra ſcripturas mercatorum non poſſit opponi exceptio præſcriptionis,an valeat.Bald.de Vbald.de Peruſio. de conſtit. poſt.nume.10.fol.39.T.6.P.1.
Quòd contractus mulierum ſine conſenſu duorum cõſanguineorum,non valeat,quomodo ſit intelligendum.Bal.de ſtat. verbo, contrahere.nu.3.f.103.T.2.
Vſurariorum præſumantur ſimulati, quomodo intelligatur. Stephan. de Fedric. de interpretatio. iur. Par. 1. nume. 154. folio 214.Tom.1.
Quòd credatur iuramento damnum paſſi, non procedit in fauorem forenſis etiam ſoluentis onera realia. Ioan. Bapt. Boui. de ſtatu.vrba.præſcript.gloſſ.decimanona. numero 140.& 141.fol. 187.Tom.17.
Libro mercatoris, intelligitur de his, quæ pertinent ad cauſam mercantiæ.Aym. Craueta.de antiquitate temp.verbo,vidimus, & abundè.nu.8.f.139.T.17.
Quòd creditor propria authoritate poſſit capere debitorem, an valeat.Alberic.a Roſate.de ſtatu.lib.1.quæſtio. 38. nume. 1. fol. 8.Tom.2.
Et ſtante dicto ſtatuto,ac valente,an creditor debitorem confugientem ad eccleſiam poſſit inde extrahere.ibid.q.39. nume.1. fol.& T.eod.
Quòd dans venenum in potu, moriatur, an in medico infirmum bono veneno curantem locum habeat, & ibi de veneno bono, & malo mentio habetur.Steph.de Fedric. de interpretatio. iur. P.vlt.nu.97.f.224.T.1.
Quòd de contractu loquitur, quando ad diſtractum extendatur. Ioan.Bapt. Caccialup.de tranſactionibus. quæſtio.4.num.3.fol. 31.T.6.P.1.
Quòd de fructibus ſoluatur gabella, an locum haberet, ſi diceret pro qualibet corba ſolui gabellam, & an tunc deducerentur expenſæ. Iul. Ferret. de gabell.vectigal. &c.numero 545.folio 94.Tom.12.
An ſtatutum, prædictum habeat locum in calce. ibidem.numero 550.
Et an habeat locum in diſtributionibus quotidianis. ibid. num. 348.fol.89.T.eod.
Et an in operibus hominum.ibid.nu. 554.
Et an in palea,feno,ſiluis,arboribus ceduis, auibus, piſcibus, & feris capi ſolitis.ibid.nu.553.
Et an in penſionibus fundorum.ibid.nu.558.
Et an in redditu prothocollorum notarij.ibid.549.
Et an ſit licitum.ibid.nu.557.
Quòd de meo prædio lapidicinas ſtolas, debet intelligi, niſi pro meo vſu ego vellem.Steph.de Fedri.de interpretatione.iur.P.1. nu.70.f.217.T.1.
Quòd de permutatione ſoluatur gabella, núm intelligatur de quolibet contractu.Bald.de ſtatu.verbo, gabella.nume.34.fol. 118.Tom.2.
Quòd de ſimilibus ad ſimilia procedatur,non extenditur in exorbitantibus a regula iuris communis.Stepha.de Fedric. de interpret.iur.P.vlt.nu.64.f.224.T.1.
Quòd de venditione ſoluatur gabella, an contineat dationem in ſolutum. Bald.de ſtatut. verbo, gabella. numero 36. folio 118. Tom.ſecundo.
Quòd de vtroque contractu ſoluatur gabella, quomodo accipiendum.Bald.de ſtat.verbo,gabella.nu.22.f.117.T.2.
Quòd debitor pro debito ciuili poſſit ad inſtãtiam creditoris perſonaliter carcerari,an valeat.Ant.de Cana.de executione inſtru. nu.67.fol.43.T.5.
Quod decimum debeat ſolui ad rationem duorum denariorum pro libra ab vtraque parte, an intelligatur inter ambos, an pro qualibet inſolidum. Bald. de ſtatu. verbo, decima,nume.1.fol. 105.Tom.2.
Quòd decoctores dentur creditoribus lacerandi,non valet in his, qui fortunæ,non ſuo vitio decoxerint,in his autem,qui dolo,& cum pecunijs,& rebus alienis fugiunt,valet.Benuen. Strac. de decoctorib.P.4.nu.4.f.319.T.6.P.1.
Quòd decretum ſit interponendum. &c. an conſanguinei mulieris ſint citan, ex quo decretum requiritur, & an a tali decreto poſſit appellari.Bald.de ſtatu.verbo,decretum.nume.5 & 6.fol. 106.Tom.2.
Super actu debeat interponi, an ante vel poſt actum ſit interponendum,& qualiter notarius ſcribere debeat.Bald.de ſtat.eod. verbo,decretum.nu.4.f.& T.eo.
Quòd dicit,extante maſculo,vel ſi moriens reliquerit maſculum, vt verificetur ſufficit, quòd tempore mortis reperiatur relictus filius,verè,vel fictè,quamquam poſt moriatur.Laur.de Palat.de ſtat.nu.75.fol.276.T.2.
Senſus contrarius non debet ſummi ex ſtatuto,ibid.nu.76.
Quod dicit, quòd nulla admittatur probatio, certè illa probatio, quæ ſit per rei euidentiam,non videtur excluſa.Bermond. Chouer.de publ.concub.Rub.ſed per rei euidentiam. num. 3. f.176. Tom.11.P.1.
Virum lucrari dotem datam,ſolutam,vel receptam, non procedit in promiſſa,ſecundùm plerosque.Phan.de Phanu.de dote. verbo,reſtituenda.nu.30.f.411.T.9.
Contrarium tenuit Socinus Iunior.ibi.num.32.quod tamen reprobatur.ibid.nu.33.
Limitatur primo, niſi in ſtatuto ſit aliquod verbum de promiſſa etiam cenſiſſe.ibi.nu.34.
Secundò,quãdo, mulier, vel alius ad dotem obligatus fuiſſet in mora.ibid.nu.35.
Hoc tamen ſublimitatur in mora irregulari,ibi.nu.36.
Tertiò, quando aliquo modo dici poteſt marito fuiſſe ſatisfactum de dote,vt in puatuor caſibus ibi ſubſequentibus.ibidem. nume.42.
Quòd diſponir,vt dignitas,perſonatus,ſeu officium poſſit obtineri ſimul cum canonicatu,ſeu portione, quãdo vterque eſt per ſe ſufficiens ad congruam ſubſtentationem,non eſt ſeruandum, qaia ſtatutum eſt contra bonos mores.Alphonſ. Hoieda. de benefic.compatibilibus.P.2.capitulo vndecimo. num.33.fol.178. Tom.15.P.1.
Quòd domus deſtruatur, non valet, ne vrbs ruinis deformetur. Alberic.a Roſate. de ſtatu. libro primo. quæſtio. 60.nume.1.fol. 12.Tom.2.
Deſtruatur pro delictis,an valeat.Alberic.a Roſate.de ſtatu.lib.3. q.51.nu.1.f.63.T.2.
Quòd donatio inſinuetur intra tempus ſemeſtre,quomodo ſit intelligendum. Bald.de ſtatu. verbo, terminus. numero 10 folio 151.Tom.2.
Quòd eccleſia ad onera teneatur, & collectas, valet. Nicol.Feſtas. de æſtimo & collect.P.4.nu.47.f.184.T.12.
Quòd emens rem in foro,non teneatur domino reſtituere, non valet,quia eſt contra ius diuinum.Fab.de Mon. de empt. & vend. q.9.& vlt.princ.nu.3.f.66.T.6.P.1.
Quod eſt contra ius commune eſt reſtringendum. Melch.Palaez. tracta.maiorat.queſtio.quinquageſimaoctaua.num.54.fol.400. Tom.10.P.1.
Quòd,extante maſculo, filia non ſuccedat, an ſi filius ſit rebellis, filia ſuccedet.Hiero.de crimi.læſæ maieſt.quæſt.15. num.1. fol. 83.Tom.11.P.1.
Intelligitur ſi maſculus, qui extat,ſit habilis ad ſuccedendum, non inhabilis quantum ad ſucceſſionem habetur pro mortuo, ibid.num.3.
Quòd extantibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant habet locum ſi nepotes adſint.Melch. Palaez. tract. maiorat. q.15.nu.5. & 11.f.359.T.10P.1.
Maſculis fœminæ non ſuccedant an intelligatur tam in bonis paternis,quàm maternis.Lauren.de Palat.de ſtatu.nume. 144.fol. 278.Tom.2.
Quòd extraneorum panni non intromittantur in locum, valet, & quòd non referatur ad illos, qui per tranſitum intromittuntur. Benuen.Stracc.de merc.P.4.nu.49.f.298.T.6.P.1.
Quòd filia dotata excludatur a ſucceſſione paterna, non excludit filiam a ſucceſſione emphyteoſis quin veniat cum fratrib.Bald. de ſtat.verbo,ſuccedere.nu.5.f.144.T.2.
Dotata non ſuccedat in hæreditate dotantis,an ſit fauorabile, vel odioſum.Angel.de Gambell.de teſtamentis. gloſſ. 4. nume.26. fol.37.Tom.8.P.1.
Non ſuccedat,habet locũ in legitimata dotata.Marti.Laudenſ. de legitim.nu.132.f.96.T.8.P.2.
Vel religionem ingreſſa non ſuccedat extantibus maſculis, an valeat,quantum ad illam monaſterium ingreſſam. Bald.de ſtat. verbo,ſuccedere.nu.6.f.144.T.2.
Fœmina non ſuccedat,ſtantibus maſculis, eſt contra naturalem rationem. Lanfranc. de Oria.de ſtatu.interpret. nume. 34.folio 392.Tom.2.
Non ſuccedat,non impedit, quin pater poſſit relinquere ſecundæ vxori plus,quàm tali filiæ.Albert.Brun de ſtat.art.13. nu.76. fol.241.Tom.2.
Ingrediens monaſterium,matri non ſuccedat,an valeat.Io.Campeg.de ſtat.q.12.nu.60.f.266.T.2.
Non ſuccedat matri,extantibus maſculis,intelligitur, ſi ſit dotata, & dotata dicitur illa, quantum ad ſtatutum, cui pater aliquid pro dote reliquit.Lauren.Palat.de ſtatut.numero 122. fol. 277.Tom.2.
Extantibus fratribus an ſit æquum,& duplicem eſſe æquitatem, & quæ dicatur propriè æquitas.Bal.de ſtat.verbo, æquitas.nu.1. & 2.fol.11.T.2.
Nupta,non ſuccedat non procedit in diſponſata tantum per verba,de præſenti.Phanu.de Phanu.de dote.gloſſ. 2.nume.32.fol. 417.Tom.9.
Quòd filiæ fœminæ non ſuccedant,maſculis extantibus, quid iuris,ſi filia fœmina remaneat in ſeculo,& maſculus ſit religionem ingreſſus.

Source : BIU Cujas

Index Tractatuum.

ingreſſus. Laur. Palat. de ſtat. nume. 106. fol. 277. Tom. 2.

Fœminæ non ſuccedant, extantibus maſculis, ſecundum communiorem, non porrigitur ad bona ſita extra territoriũ ſtatuẽtium. Roland. a Valle. de dote. quæſtio. 20. numero decimoquarto, fol. 359. Tom. 9.

Quòd filij bannitorum de ciuitate pellantur, num filias comprehendat. Bald. de ſtat. verbo. mandare. nu. 1. f. 130. T. 2.

Maſculi excludant fœminas, de quibus filijs intelligatur. Bald. de ſtat. verbo legitimatus. nu. 1. f. 127. T. 2.

Rebellium non poſſint ſtare in ciuitate, intelligitur, patre viuente. Bald. de ſtat. verbo. filius. nu. 6. f. 114. T. 2.

Quòd filios, qui ſe ab hæreditate patris ceſſantis abſtinent ad debita perſoluendum aſtringit, locum habet in filijs verè ceſſantium, non in filijs eorum, qui pro ceſſantibus habentur. Benuen. Strac. de decoctoribus. Par. 4. numero decimoquinto folio 319. Tom. 6. Par. 1.

Non comprehendit filios clericos, etiam in minoribus conſtitutos. ibi. nume. 16.

Vigore dicti ſtatuti filij non tenentur ex contractibus apparentibus extra territorium factis. ibi. nu. 17.

Quòd filius excludat ſororem dotatam a ſucceſſione, ſi præmoritur filius, relicto nepote, nepos non excludit amitam. Bald. de ſtat. verbo. Amita. nu. 2. f. 88. T. 2.

Excludat matrem in hæreditate patris ipſius filij, non tamen ſororem excludet. idem Steph. de Federic. de interpræt. iur. Par. vlt. nu. 26. fol. 223. Tom. 1.

Maſculus excludat fœminam, locum habet in ea, quæ momento fuit excluſa vt in perpetuum excludatur. Rolan. a Valle. de dote. q. 49. nu. 8. f. 371. T. 9.

Non poſſit contrahere ſine patris conſenſu, niſi ſit mercator, intelligitur, ſi occaſione mercantiæ contrahat. Stepha. de Federic. de interpræta. iur. P. 3. nu. 24. f. 220. T. 1.

Quòd filiusfamilias poſſit teſtari, numquid intelligatur de bonis ſitis extra territorium. Io. Bertachi. de Epiſco. Par. 2. num. 49. fol. 328. Tom. 13. Par. 2.

Non poſſit contrahere ſine conſenſu patris, non trahitur ad filiãfamilias Ioan. Bapt. Boui. de ſtatuta. vrb. præſcript. glo. 3. nu. 38. fol. 179. Tom. 17.

Quòd Florentini habeantur pro Peruſinis, quòd hoc nomen originem ſignificet, eſt fictio. Bald. de ſtat. verbo, fingere. nu. 2. fol. 113. Tom. 2.

Quòd fœmina non ſuccedat ab inteſtato, an habeat locum in anathematizato, vt dicatur ab inteſtato decedere, & ſic fœmina excludatur Bald. de ſtat. verbo, ab inteſtato. numero primo, fol. 86. Tom. ſecundo.

Quòd fœminæ a maſculis excludantur in filio legitimato locum habet. Marti. Laudenſ. de legitimatione. numero 132. folio 96. Tom. 8. Par. 2.

Excludantur per maſculos, extenditur etiã ad Iudæos. Marquar. de Suſa. de Iudæis, & alijs infidelibus. capitul. 2. numero 4. folio 41. Tom. 14.

Stantibus maſculis, an habeat locum poſt patris mortem, deficientibus maſculis. Io. le Cirier. de primogenit. q. 21. primi lib. nu. 8. fol. 34. T. 10. P. 1.

Non ſuccedant cum maſculis, an extendatur ad legitimatos. Bal. de ſtat. verbo. legitimatus. nu. 2. f. 127. T. 2.

Quòd fœminam, ſtantibus maſculis excludit, an ad monialẽ profeſſam extendatur. Laur. de Palat. de ſtat. numero 89. folio 276. Tom. ſecundo.

Quòd forenſes acquirentes ſtabilia, teneantur ad collectas, an locum habeat in muliere ciue ciuitatis illius territorij nupta forenſi, & habitante extra patriam ſuam poſſidente, & acquirente ſtabilia in territorio patrię ſuę. Iul. Ferret. de Gabel. vectigal. &c. nu. 577. & 578. f. 95. T. 12.

Quòd forenſis non acquirat immobilia, an impediat virum dotem in ſtabilibus conſtitutam lucrari, iuxta ſtatutum de lucro dotis. Phan. de Phanut. de dote. glo. 9. numero vigeſimooctauo, fol. 437. Tom. 9.

Quòd frater ab inteſtato excludat ſororem, excepto quòd ſit ab eo dotanda, ſi pater condidit teſtamentum, & ita dixit, filios meos hæredes inſtituo in eo quod eos tangit de iure, an includatur filia Bald. de ſtat. verbo, fratre numero 4. fol. 116. T. 2.

Conſanguineus tantum a ſucceſſione fratris præferatur fratribus, & ſororibus vterinis tantum, an præferatur, tam in bonis a patre ad fratrem defunctum peruentis, quàm a matre, & aliunde quæ ſitis. Albert. Brun. de ſtatu. articu. 8. nu. 55. f. 198. T. 2.

Quæ dicuntur de fratre vterina, procedunt etiam in ſorore vterina. ibid. nu. 56.

Reſtringitur, præterquàm in bonis a matre fratris, de cuius ſucceſſione agitur. Bald. Nouell. de dote. p. 12. nume. 55. fol. 272. To. nono.

Et filius fratris excludat filiam extenditur ad agnatum vlterioris gradus Laur. de Palat. de ſtat. nu. 174. f. 279. T. 2.

Excludat ſororem de quo fratre accipiendum. Bal. de ſtat. verbo, fratre. nu. 1. f. 115. T. 2.

Succedat fratri carenti filio, & filia locum nõ habet, ſi defunctus altero tantum caret. Alber. Br. de ſtat. artic. 12. nu. 183. f. 232. T. 2.

Quòd fratres, omnesq; ad vnum panem, & vinum ſtantes pro decoctore obligat, intelligitur de his, qui in eodem loco, & domo morentur. Benuenut. Stracc. de decoctorib. p. 4. num. 20. fol. 319. T. 6. P. 1.

Quòd frandans gabellam, non audiatur, quomodo intelligẽdum. Iul. Ferret. de Gabel. ſeu vectigal. &c. par. 9. num. 28. folio 75. To. duodecimo.

Quòd frumentum non poſſit extrahi de ciuitate, an comprehendat farinam. Bal. de ſtat. verbo, frumentum. nu. 1. f. 116. T. 2.

Quòd habẽtes cẽtum in bonis debeat tenere equum, ditiſſimus ab hoc onere non excuſatur. Pet. And. Gamb. de extenſionib. nu. 72 fol. 252. T. 18.

Inſtrumentum illud regiſtrari facere debeat, intelligitur etiam de eo, qui habet facultatem habendi illud. Stepha. de Federic. de interpret. iur. Part. vltim. numero trigeſimoſecundo, fol. 223. Tom. primo.

Quòd habet locũ in filijs maſculis, viget etiam in legitimatis indiſtinctè, vel per principit reſcriptum, vel per comitem Palatinũ, maximè quando ſtatutum vtitur nominib. naturalibus. Albert. Brun. de ſtat. articu. duodecimo, numero 70. folio 228. Tomo ſecundo.

Quòd hæreditas patris, matris, & aliorum aſcendentium per eos deferatur maſculis quibuſcumque deſcendentibus per lineam maſculinam, excluſis fœminis, an inquantum loquitur de hæreditate materna, locum habebit. Laur. de Palat. de ſtat. num. 152. fol. 278. Tom. 2.

Et quomodo intelligi debeant illa verba. ibid. nu. 153.

Verba illa de hæreditate aſcendentium ſunt adeò generalia, vt comprehendant non ſolum patrem, & aſcendentes per lineam paternam, ſed etiam matrem, & aſcendentes per lineam maternam. ibid. nu. 154.

Quòd hæres teneatur inſolidum debet iuxta ius commune intelligi, & diſtingui. Phan. de Phan. de inuevt. hæred. P. 5. numero 99. fol. 291. T. 8. P. 2.

Quòd homicida non poſſit ſolui a banno, niſi pace accepta ab hærede occiſi, & quòd tenens quid de bonis paternis præſumatur hæres filius pro morte, & cęde patris, præcepit centum, an ex eo dicatur patris hæres. Alberic. a Roſ. de ſtat. lib. 4. quæſt. 9. nu. 1. fol. 67. Tom. 2.

Puniatur pœna pecuniaria tantum, non valet. Bermond. Chouer. de pub. concub. tub. compoſitione. nume. 9. folio 119. Tom. 11. Par. prima.

Quòd immiſſus in poſſeſſionẽ ex primo decreto, lucretur fructus, vſque in quinque pro centenario, non tollit quin poſſit petere etiam vltra quinque, quando eius intereſſe eſſet maius, vel ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis. Anton. Neguſ. de pignoribus, & hypothe. ſecundo memb. 3. Par. num. 12. fol. 216. Tomo 6. Par. 1.

Quòd imponit pœnam vni pro alio, non eſt laudabile, ſed valde iniquum, & nunquàm extendi debet. Hier. Gig. de crim. lęſæ maieſt. q. 14. nu. 12. f. 76. T. 11. P. 1.

Quòd in cauſis pijs procedatur ſummariè, vel diebus feriatis, non obtinebit in cauſis vltimarum voluntatum. Bal. Nouel. de dote. Par. 5. nu. 4. f. 191. T. 9.

Quòd in quibuſdam cauſis procedatur per ſimplicem querelam, quomodo intelligatur. Bald. de ſtat. verbo, querela. num. primo, fol. 140. Tom. 2.

Quòd in teſtamentis ſufficiant quinq; teſtes, non habet locum in teſtamento cæci. Ang. de Gambel. de teſtam. in prin. nu. 18. folio 32. Tom. 8. P. 1.

Quòd indiffinitè excludit dotatam, an excludatur filia dotata de bonis ipſius filiæ de proprijs. Ioan. Campeg. de ſtat. q. 26. n. 128. fol. 268. Tom. 2.

Et quid quando frater dotauit ſororem de bonis matris. ibid. numero 129.

Quòd infra decem dies ſoluatur gabella ſcilicet tot pro pœna, & tot per ſorte, an lapſu decennij fiat executio pro pœna. Iul. Ferret. de gabel. vectigal. &c. nu. 341. f. 89. T. 12.

Quòd inſtantia finiatur lapſu duorum menſium, num habeat locum quando petitur executio inſtrumenti, contra quod opponuntur exceptiones, & ventilatur ius. Bal. de ſtat. verbo, inſtantia nu. 3. f. 121. T. 2.

Quòd inſtrumenta executioni non mandentur, niſi prius regiſtrata in publico archiuio ſint, non comprehendit inſtrumentũ dotis. Io. Bernard. de dotario. centuria. 4. priuilegio. 301. nume. 52. fol. 460. Tom. 9.

Habeant executionem paratam, non extenditur ad forenſes. Ioã. Bap. Boui. de ſtat. vrb. præſcrip. gl. decimanona, nu. 158. fol. 187. Tom. decimoſeptimo.

Quòd inſtrumentum confectum a non tabellione fidem faciat, an valeat. Alberic. a Roſa. de ſtat. lib. 1. quæſtio. 7. nume. 7. fol. 3. Tom. ſecundo.

Poſſit peti, caſſari, niſi fuerit infra certum tempus inſinuatum, habet locum etiam in petitione extra iudiciali. Ioan. Bapt. Boui. de ſtat. vrb. præſcrip. glo. decimaſexta, numero 3. folio 182. Tomo decimoſeptimo.

Quòd inter affines cauſæ compromittantur, non habet locum, quando res eſſet liquida, de qua litigatur, vt putà, ſi lata eſſet ſententia, vel ſi contractus eſſet iuratus. Ioã. Crot. de teſtib. in cauſis criminalib. nu. 148. & ſeq. f. 206. T. 4.

Quòd inter litigantes fiat compromiſſum, ligat clericos, & forenſes. Io. Bap. Boui. de ſtatuta. vrb. præſcrip. gl. 19. num. 148. fol. 187. Tom. decimoſeptimo.

Quòd, inuentus poſt ſonum campanæ, condemnetur in duplum, an extendatur ad locum, ad quem non protenditur ſonus. Bald. de ſtat. verbo. Nox. nu. 3. f. 132. T. 2.

Quod iubet ſcripturas manu propria mercatorum ſcriptas exequẽdas eſſe, quod locum habeat etiam in ſubſcriptis, item in ſcripta ab alio, mandato mercatoris. Benuenut. Strac. quomodo in cauſis mercatorum procedendum ſit. prima partic. vlt. P. princ. nu. 30. f. 331. T. 6 P. 1.

Tranſactionem initam a Syndicis cum decoctore, adhibito cõſenſu duarum partium creditorum ratam eſſe, etiam alijs creditoribus irrequiſitis, & ignorantibus quam declarationem habeat. Benuenut. Strac. de decoctorib. P. 4. nu. 13. f. 319. T. 6. P. 1.

Quòd

Quòd laici sint æquales clericis,& ècontra, nobiles popularibus, & è contra,quomodo accipiendum. Alber.a Rosa.de stat.lib.1. q.164.nu.1.fol.26.T.2.
Quòd lauda, & præcepta iudicis in iudicio facta executioni mittantur, quomodo intelligatur, & quæ exceptio opponi poterit. Stepha.de Fedric.de interpreta.iut.P.2.nu.18.f.216.T.1.
Quòd legitima ætas in omnibus negocijs, & contractibus intelligatur a 18. annis supra.numquid habeat locum in testamentis. Alberic.a Rosate. de statu. libro primo. quæstio. 81.numero 1. fol.18.Tom.2.
Quòd libellus detur reo actoris expensis,nùm sit seruandum.Bal. de stat.verbo,libell.nu.1.f.128.T.2.
Quòd libris mercatorum credatur ad fauorem scribentium, intel ligitur iudicis consensu accedente.Benuen. Stracc.qnomodo in causis mercatorum procedendum sit.1.P. vlti.P.princip.nu.38. fol.351.T.6.P.1.
Itẽ intelligitur,& interpretatur,dummodo in territorio, in quo statutum viget,liber conscriptus sit.ibi.nu.42.
Item intelligitur in his,quæ ad negociationem seu mercaturam pertinent.ibid.nu.40.
Item intelligitur, nisi mercator sit notatus infamia. ibidem. nume.39.
Mercatorum plena fides adhibeatur pro scribente, non compre hẽdit mercatorem infamen vel vitæ suspectę.Hier.Gigas.de crimi.læsæ maiesta.Rub.quomodo,& per quos. &c. quæst.7.nu.9. fol.62.T.11.P.1.
Quòd loquitur in casu suo extra illum, non habet porrigere uires suas. Paris de Puteo. de reassumpt. instrum.Rub.19.nu.37.fol. 43.Tom.4.
Quòd lucro dotis renunciari nõ possit, quomodo intelligendum. Phanu.de Phanu.de dote.gl.8.nu.23.f.431.T.9.
Quòd magnates,eorum filij,& nepotes,offendẽtes populares puniantur acerbius, nõ habet locum in filijs sororum magnatum. Bald.de stat.verbo,magnas.nu.1.f.128.T.2.
Quòd mandat filios pro patribus teneri, etiam si hęredes non sint,non habet locũ in filijs a patre exhæredatis. Benuen.Strac. de decoctorib.P.4.nu.26.f.320.T.6.P.1.
Quòd maritata non admittatur ad successionem, an locum habeat in filia,quæ fuit nupta, sed tempore mortis patris remansit vidua.Ioan.Campeg.de statu.quæstio.34. numero 154. folio 268.Tom.2.
Quòd maritus lucretur fructus dotis,sicut debet intelligi,quando per maritum supportantur onera matrimonij,ita,& eodem mo do debet intelligi statutum disponens. de lucro dotis, quia eadem ratio est interpretandi statutum. Roland.a Valle. de dote. q.68.nu.7.f.378.T.9.
Non possit relinquere vxori,nõ habet locum in casu, in quo vxor non fuit traducta,ad Domum.Phanu.de Phanu.de dote.glos.2. nu.31.f.417.T.9.
Præmoriente vxore,in omni casu lucretur dotem, excludit filios primi matrimonij.Roland.a Valle.de dote.quæstio.31.num.5. fol.364.Tom.9.
Idem quando statutum defert totam dotem.ibidem.nu.6.
Quòd masculi excludant fœminas, an comprehendat clericos. Ioan.le Citier.de primogenit.quæstio.24.primi lib.num.28.fol. 36.Tom.10.P.1.
Excludãt filiam dotatam,intelligendum est, si masculi sint hæredes,& extent eo tempore, quo de exclusione tractatur. Bald.de stat.verbo,masculus.nu.1.f.130.T.2.
Quòd masculus fęmininam excludat,est de lege Mosaica.Io.Campeg.de stat.q.36.nu.159.f.269.T.2.
Quòd mater non succedat filio non extenditur ad successionem filiæ.Melch.Palaez.tract.maiorat.quæstio.58. num. 53.fol.400. Tom.10.P.1.
Quòd mercator vsurarius non habeatur pro mercatore,non intel ligitur quo ad onera,quæ subire debent mercatores.Bonus.de Curtili.de nobilitate.P.7.nu.23.f.19.T.19.
Quòd mercatoribus creditoribus contra fugitiuos debitores priuilegium tribuit,intelligitur in his, qui tempore contracti debiti,& fuge,sunt mercatores.Benuenut. Strac. de decoctorib.P.4. nu.1.fol.319.T.6.P.1.
Quòd mortua vxore in matrimonio,vir lucretur dotem non se extendit ad feudum.Io.Bapt.de Caccialup. de feud.arti.6.nu.24. fol.14.T.10.P.1.
Vxore in matrimonio sine liberis tertiam partem dotis restituere teneatur,locum habet in dote promissa. Pet.And.Gamb.de extensionib.nu.57.f.254.T.18.
Quòd mulier dotata non succedat,stantibus agnatis, intelligi debet,si fuit requisitus ille,qui debet dotare, & sic sibi imputabit, quia illud non interpellauit.Ioan.Campeg.de stat.quæst.58.nu. 234.fol.271.T.2.
Contrahere non possit,intelligitur, nec ob causam dotis. Melch. Palaez.tract.maiorat.limit.2.nu.7.f.460.T.10.P.1.
Non contrahat, nisi sub certa forma, an impediat compromissum.Marc.Ant.Blanc.de compromissis. quæstio.tertia.num.38. fol.159.T.3.P.1.
Non possit contrahere sine consensu proximioris propinqui non includit maritum. Bald.de statu. verbo, consensus.nume.1.fol. 103.Tom.2.
Legare viro,an valeat. Bald. de statu. verbo,legare.nume.3.fol. 126.Tom.2.
Non testetur sine consensu propinquorum, quem casum non includit.Philip.Francus.de disputatione petitorij.vlt.dub.nu.21. fol.333.T.3.P.2.
Sine consensu propinquorum non contrahat, quomodo intelligendum. Bertachin. de gabell.seu vectigal.&c.tertio membro. 8.Par.princip.nume.43.fol.69.Tom.12.
Quòd muliere præmoriente sine filijs, vir lucretur dotem, an habeat locum mortua vxore, superstite vno filio.Georg. Natta.de stat.q.3.nu.27.f.254.T.2.
Quòd mulieres contrahere non possint sine consensu consanguineorum,an comprehendat hermaphroditum. Hier.Gigas. de crimine læsæ maiesta. quæstio. sextadecima. nume. 19. fol.77. Tom.11.P.1.
Quòd nepotes militum habeantur pro magnatibus, non intelligitur de filio fratris. Bald.de statu. verbo, nepos numero 3. folio 131.Tom.2.
Quòd nobiles æquiparentur populari, quomodo intelligatur. Bonus.de Curtili.de nobilit.P.3.nu.128.f.8.T.16.
Quòd nobilitas causetur ex parte matri,an valeat.Io.Arz.de nobilit.Hisp.&c.c.2.nu.7.f.217.T.16.
Et quid de consuetudine?ibi.nu eo.
Quòd non appelletur in criminalibus,an valeat.Alberic.a Rosate. de statu. libro tertio. quæstio. quinquagesimaquarta. nume. 1. fol.63.Tom.2.
Quòd non comprehendat filios clericos patris cessantis ad debita persoluenda. Benuen.Strac.de decoctoribus.P.4. num.16.fol. 319.T.6.P.1.
Quòd non fiant inuestituræ,stantibus hæredibus defuncti, procedit etiam respectu bonorum Ecclesiasticorum.Io.Bapt. Boui.de stat.vrb.præscript.gl.19.nu.209.f.189.T.17.
Quòd non liceat rem soluentem collectam fisco alienari in Eccle siam in prẹiudicium ipsius,an valeat.Fabian.de Monte.de emptio.& venditione.quæstio.vigesimasecunda.& vlt.num.43.fol. 51.Tom.6.P.1.
Et ibi intellectus.c.vlt.de immu.eccle.lib.6.
Quòd non petens debitum intra 30.annos,vlterius non audiatur, an extendatur ad supplemẽtum legitimæ, vel ad legitimam pro qua datur petitio hæreditatis.Ioan.Franc.Balb.de præscriptionibus.q.23.nu.3.f.81.T.17.
Quòd non possit contrahi cum filiofamilias, nisi sit mercator,intelligitur, si in causam mercaturæ contrahatur, & in re dubia, tanquam cum mercatore contractum præsumitur, & versum in mercaturam. Benuen. Strac. quomodo in causis mercat procedendum sit.prima Par.vltima Par. princip. nume. 41.fol.331. Tom.6.P.1.
Appellari ad Papam,vel Imperatorem, an valeat. Alberic. a Rosate.de statu.P.2.q.194.nu.1.f.51.T.2.
Probari solutio,nisi per instrumentum,an valeat.Pet.Foller. de contract.censuarijs. verbo,vt vides. numero 65.folio 161.Tom. 6.Par.secunda.
Prouideri in fauorem bannitorum,intelligitur directè, & principaliter.Bald.de stat.verbo,prouidere.nu.1.f.139.T.2.
Quòd non teneat processus procuratoris, nisi producto mandato, an intelligatur de procuratore in rem suam. Bald.de stat.verbo, procurator.nu.2.f.138.T.2.
Quòd non valeat contractus mulierum sine insinuatione, an habeat locum in simplici liberatione. Bald.de stat.verbo,contrahere.nu.9.fol.104.T.2.
Quòd notarius non debeat recipere salarium de aliqua scriptura, an possit remitti a volente dare.Remig.de Gonis.de charit.subsidio.q.61.nu.12.f.183.T.15.P.2.
Quòd nulla condemnatio a capitaneo fiat, nisi prius facto depositorum librarũ. 50.locum non habet in modicis,quia lex, statutumve de modicis,seu leuibus non intelligitur in dubio sentire. Lancel lot.de statu.verbo,viginti.nu.7.& 4.f.337.T.2.
Quòd nullis actionibus ciuilibus præscribatur minori spacio 30. annorum,an comprehendat hypothecariam. Anto. Negus.de pignoribus,& hypothe.secundo membro. 6.P. princ.nu.18.fol. 245.Tom.6.P.1.
Quòd nullus audiatur in iudicio si prius non soluerit gabellam,an locum habeat in omni foro ecclesiastico, & seculari. Iul.Ferret. de gabell.vectigal.&c.nu.393.f.90.T.12.
Offerat, nisi in magnis festiuitatibus, vel quòd tantum solum in in exequijs expendatur,est contra libertatem ecclesiæ.B.Ant.de excommunicatione.c.17.nu.5.f.371.T.14.
Venari possit,an valeat.Sebast.Med.de venatione. &c. q.32.nu.1. fol.401.T.17.
Quòd numquam fuit receptum in obseruantiam,nec moribus vtẽtium approbatum, nullas vires habet. Roland.a Valle.de dote. q.99.nu.4.f.389.T.9.
Quòd occidens hominem quomodocumque decapitetur, an cõprehendat occidentem culpa,sed non dolo. Lanfranc. de Oria. de stat.nu.18.& 26.f.392.T.2.
Quòd officialibus,& syndicis dat potestatem vendendi quæcumque bona cessantium,seu quæ deciarata fuerint per syndicos,ad cessantes pertinere,quem sensum habeat. Benuen.Strac.de decoctorib.P.4.nu.14.f.319.T.6.P.1.
Quòd omne caput familiæ teneatur conferre ad cõmeatum exercitus,an includat mulierem domum regentem. Bal.de stat. verbo,exercitus.nu.1.f.112.T.2.
Quòd omnes sine fraude,& secundùm certam mensuram pannos faciant, quòdq; rectori artis omnes subijciantur,valet.Benuen. Strac.quomodo in causis mercatorum procedendum sit.1.Partic.vlt.P.princ.nu.23.f.331.T.6.P.1.
Quòd parentes ex sobole,vel progenie paterna,vsque ad certum gradum excludant matrem, vel fœminas intelligitur de agnatione,vel cognatione.Albert.Brun. de statu.artic.12.nume.152. fol.231.Tom.2.
Teneantur soluere pro redemptione filiorum,est odiosum.Bald. de stat.verbo,parentes.nu.1.f.133.T.2.
Quòd pater damnum filij emendare teneatur,filium spurium nõ compre-

Index Tractatuum.

comprehendit,nec naturalem.Bonus.de Curtili,de nobilit.P.4. nu.6.f.12.Tom.16.

Non teneatur educare filium,an valeat.Alberic.a Rosate. de stat. lib.1.q.40.nu.1.f.7.T.2.

Quòd permittit occidi bannitum, an habeat locũ in fęmina bannita.Nell.de S.Gemin.de bannitis.2.P.secundi temp.nume.39. fol.382.T.11.P.1.

Quòd plena fides libris mercatorum adhibeatur, debet intelligi in rebus ad mercantiam pertinentibus. Steph.de Fedric.de interpret.iur.P.3.nu.26.f.220.T.1.

Quòd pœna inserta debito pecuniario non possit peti vtrùm intel ligatur.de qualibet re. Bald.de statu.verbo,pœna.nume.29.fol. 135.Tom.2.

Quòd positionibus simpliciter respondeatur, quomodo sit accipiendum.Baldus.de statut. verbo. respondere. numero 3. folio 141.Tom.2.

Quòd possit insinuari,nisi sit petitum cassari,quomodo accipiendum.Bald.de statu.verbo,cassatio.nu.10.f.96.T.2.

Quòd prædia in ecclesiam non alienentur de iure est validum. Nicol.Festas.de æstimo, & collect.capitulo secundo. nume.28. & 29.fol.185.T.12.

Non possint alienari in forenses,an semper, & vbiq; sit validum. Iacob.de S.Heorg.de feud. verbo,& dicti vasalli.nume.5.f.221. Tom.10.P.1.

